






LIEBAUT
1577




A xxix Lic





THERAPIA PVERPERARVM.

PER IOANNEM LE Bon Heteropolitanum, Regis & Reuerendißimi Cardinalis Guiſiani Medicum.

PARISIIS,

Apud Iacobum du Puys, è regione Collegij Cameracenſis, ſub ſigno Samaritanæ.

1577.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



IOAN. LE BON ORNATISSIMO VIRO Ioan. Liebaultio Parisiensi Medico.



ITTO ad te (*Liebaulti doctissime*) *Opusculum quoddã de regẽdis Puerperis, quod ego aliquantulum subductus à fumis aulicis superiori hyeme domi sum meditatus: Tu ipse iudex esse poteris quantùm mihi semper ignauũ ocium displicuerit, & quòd nusquam minus solus esse consueuerim, quàm cum sum solus: Si quid ergo in his nostris feriis dignum existimes, quod luce oculisque hominum fruatur, Typographo excudendum dabis: Sin minus laceris papyris trades, aut tineis exedendum relinques: Quanquam cæ-*

teris displiceat, nihil moror, dummodo tibi & placere et probari intelligam: Tuum enim vnius doctißimi iudicium (quod de Platone Callimachus dicebat) propè omnium mihi instar esse expeto: Hoc tamen de his nostris commentationibus possum affirmare, ac polliceri, *remediorum formulas in illis describi, quas non planè ex Græcis aut Arabibus (licet vtrosque in medendo semper principes habuerim) didici aut transcripsi, sed quas longo vsu, diuturnáque experientia confirmatas, in quãplurimis heroinis ac magnatibus puerperis, fausto et felici successu, nostrique nominis splendore non mediocri, vsurpaui:* Hoc *qualecunque fuerit, tibi dicamus, vt sit amoris erga te mei & grati animi indicium.* Vale *diutissime et feliciter:* Ex Calidomonte Bassiniano Linguonensi. Calend. Martiis. 1577.



THERAPIA PVERPERARVM IOAN. LE BON, Regis & Reuerendiſſimi Cardinalis Guiſiani Medici.

PRAEFATIVNCVLA.



ENE mereri de republica natura comparatum eſt, vt vnuſquiſque vir bonus pro virili in communem hominum vſum & vtilitatem aliquid conferat. Ego verò ea quæ tum longo vſu & experientia, tum ex doctrina & ſchola Hippocratis & Galeni de grauidarum & enixarum mulierum tuenda bona valetudine & earundem malè habentium curatione (conquiſitis etiam ad id heröinarum capſulis) didici, huc, Laconicè, minus verborum quam operis habens contuli: Dilaniari enim non paucas grauides mulieres à Chirurgis obſtetricibus & tonſoribus, multoſque ſemiuiuos infantulos ab iiſdem dilacerari ſæpius quàm voluiſſemus, vidimus.

Grauidæ vt Regendæ.

SIc igitur regendæ & gubernandæ ſunt quæ gerunt vtero, maximæ verò quæ nõdum pepererunt, & quæ primos æditu-ræ ſunt fœtus, ne intempeſtiuè pariant, ne venter rugis indecorus & ſcatens cas viris ſuis ingratas parũ amabiles & abominandas reddat: ne mammæ in maiorem molem extendantur, aut molliores effectæ & variis obnoxiæ morbis fœdiores fiant: iis potiſſimùm quæ fœtus ſuos non alunt, ſed aliunde nutrices, alendis & lactendis puerulis ſuis idoneas exquirũt: ſimulatque igitur ſuſpicabitur mulier ſe vtero gerere ſuis ſic medebitur mammis.

Ne mammæ grauidarum augeantur.

REc. foliorum hederæ terreſtris, ſal-uiæ minoris vincæ peruincæ an. m. j. bulliant in pari portione vini & aquæ ad conſumptionẽ medietatis, in fine cum ab igne aufertur, adde aceti vnc. I fiat fotus mammis cum panno lineo vel purpura, vel Rec. aquæ ſaluiæ, aquæ peruincæ aua quantum ſufficit, ablue mammas calidè bis in die.

Grauida icta aut læsa, aut percussa in ventre.

SI fortè fortuna contigerit mulieri ab alto decidere, aut rei cuipiam duræ obuiam fieri, aut aliunde læsam, ictam, & percussam periclitari: aut suspitio sit immaturi fœtus à causa procatartica, hanc semen, vulgò germen dicitur, ex sex ouis gallinaceis collectum vino albo dissolutum calidè epotum summopere iuuabit: ídque sex dierum spatio singulis matutinis repetendum: quo interim tempore quiescendum erit, & ab omni violento motu abstinendum. Eadem cautione. tussis, sternutamẽtum, clamor, ira, fletus, cãtus, venus immodica, cibi & potus repletio, calida omnia, diureticáque vitanda: Aquilæ lapis collo appendendus, & renibus illud admouendum emplastrum quod posteà descriptum reperies, vbi agetur de mulieribus quæ fœtus suos ad perfectum maturationis tempus non perferunt.

Ne rugis findatur grauidæ venter.

AT cùm fœmina moueri fœtum perceperit tum maximè animaduertẽ-

dum, & cauendum ne ſua mole puer ſic ventrem diſtendat, vt diſrupta cute circa pubem, vlcera multa fiant, & fiſſuræ, quæ à partu vix coaleſcẽtes cicatrices, vt rhagades, fœdáſque & indecoras rugas per vniuerſum ventrem ſparſas excitare ſolent vt plurimum: quibus vitiis ſic occurri commodè poterit.

Rec. xxx pedes arietinos confractis omnibus oſſibus bulliant ad perfectam concoctionem, quibus refrigeratis ſume quicquid pinguedinis ſupernatabit, & cum ſufficienti quantitate ceræ albæ abſque ebulitione liquefiant, colentur, panno lineo mundo, & abluantur diutius aqua roſarum, & vnge ventrem bis die, donec ad nonum menſem peruentum fuerit: vel. Rec. pedes arietinos xxx omnibus oſſibus contritis, poſt perfectam coctionẽ ſume quod ſupernatabit pingue, cui adde ſpermatis ceti drach. ij. vel potius vnc. ij. axũgię cati & anſeris an. vnc j. ß. axungiæ ſuis caſtratæ vnc. iij. axungiæ ceruinæ vnc. ij butyri recentis vnc. j. ß. liquefiant omnia ſimul in vaſe vitreato facta colatura poſt refrigerationem tam diu abluatur aqua roſacea donec albeſcant, vnge ventrem bis die: tempore, &

loco: Aut Rec. pinguedinis anſeris vnc. ij. axungię cati vnc. ij. ß. ſeui equini vnc. j. ß. axungiæ canis & ſuis caſtratæ an. vnc. ij. pinguedinis pedum arietinorum, vt prius præparatorum quart j. hæc omnia liquefacta & colata ablue aqua roſarum donec albeſcant, fiat litus quo illinatur venter bis in die. vel. Rec axungiæ ceruinæ, pinguedinis pedum arietinorum vt prius prępara torum, butyri recentis, ſpermatis cetæ an. vnc. ij. ſimul liquefiant, colentur, abluantur diutius aqua roſacea, aut aqua odorata: illinatur venter bis in die, donec peruentũ ſit ad nonũ mẽſem.

Post ventris à præſcriptis vnguentis vnctionem, ferenda eſt canina pellis ſic pręparata. Accipe pellem canis arte coriacea optimè præparatam, quæ ſæpius aqua roſacea abluatur, vel alia aqua odorata, ſic abluta exſiccetur in vmbra, deinde eam ſic adaptato vt totum vẽtrem vtero gerẽtis amplectatur, quam, priuſquam admoueas, in ſequentibus oleis madefacito.

Rec. olei amygd. dulc. olei hyperici, olei mirtill. ſingul. vnc. j. ß. abluãtur optimè hæc olea aqua roſata: in his oleis per noctem infunde pellẽ caninam vt antea paratam eámque diligẽter manibus per-

fricato, & post in solis vmbra exponito per duos dies, ac tandem ad ventris formam aptato: Hãc ferat grauida post vsum prę-scriptorum vnguentorum. Ita enim venter puerile pondus citra læsionem ferre poterit ad nonum vsque mensem. Apud vnguentarios venditur pellicula hæc prę-parata, vel caprina, quæ ex Hispania & Italia adfertur, stomachóq; & vtero scutorum loco imprimis auxiliatur thymiamate odora, & vulgò suffita appellatur.

Causæ abhortus, & prophylactice.

COntingit nonnunquam vtero gerentes ante pariendi tempus fœtus improsperos in lucem edere, ídque à causa procatartica, vt ante dictum est, aut ab intemperie humidiore totius corporis, aut earum partium tantum quæ generationi sunt dicatæ, aut eorum vinculorum & acetabulorum quibus embryon conseruatur, velut alligatus in vtero, quæ si rumpi aut laxari præ nimia humiditate & muco copiosiore contingat, fœtum grandiorem ac grauiorem ante tempus elabi, necessum erit: hoc etiam fit interno ore vteri plusquam par sit hyante, malacia quoque infestãte (cui commodissimè me-

detur vinum abſynthite) id ipſum pariter contingit ab intemperie calida vteri: cuius intemperiei calidæ eſt dilatare, maximè verò cùm humiditatem habet coniunctam immaturus quoque partus accidit, ſi antea difficiles aliquot & moleſti partus præceſſerint, à quibus amplior, ac imbecillior factus ſit vterus: fiunt autem huiuſmodi partus intempeſtiui, vt plurimum octauo menſe, nonnunquam quinto & ſexto, raro aliis mẽſibus, quibus ſtatim maxima cum induſtria ſuccurrere oportet. Nam quæ ante tempus ſemel pepererunt eodem pene ſolent parere tempore, niſi ſumma cum diligentia præcaueatur: In Scotia heroinæ ſertum tanaceti admotitant pudendo frequentiſſimè cũ fœliciſſimo ſucceſſu, quod vt grauius oleat, atterunt manibus aut ſub cineribus paululùm coquunt Fit ſimiliter aliquãdo immaturus partus cum plus ſanguinis ad vterum confluit & defertur quàm deceat ad pueri nutritionem, vtpote cum mulier ſuapte natura multò abundat ſanguineo humore, qui ſanguis ſolet vtero gerentibus aceruari, quibus non expurgantur muliebria (ſunt enim nonnullæ mulieres, quibus fluunt ſuo tempore, etiam ſi vterũ

gerant) colligitur necnon ſanguinis copia iis quæ copioſiore eibo vtũtur & probè cõcoquũt. Itẽ, quæ otioſam & ſedentariam vitam agunt: cuiuſmodi mulieres cumulandis cruditatibus ſunt obnoxię & excrementis: ſimiliter quæ plures identidem admittunt viros, in quibus ſanguinis detractione & purgatione ad pręcautionem vtendum eſt: Detrahendus verò ſanguis eſt, ſimulatque fœtus moueri cæperit, eóque audacius ſi mulieres huiuſmodi quæ gerunt vterum multò abundant ſanguine, ſi mulieres ſunt muſculoſo & bene habito corpore, ſi præditæ viuido colore, ſi ſanguinis detractionẽ facile & citra noxam ferre queãt, ídque faciẽdum, ſi res poſtulat, vt eſt in prouerbio gallico, *Du mort & du vif*, id eſt ante motum & poſt motum embryonis, maximè verò quãdo genitor ipſe (ſi modo cognoſci poſſit) quadratus, multíque fuerit ſanguinis, ea tamen cautione vt diligens habeatur regionis ratio. Tempus autem conuenientiſſimũ mittendi ſanguinis eſt, poſt primos inſultus fœtus, eo enim tempore pauco admodum indiget fomite, vt ex dogmatibus & parãgeliis Hippocratis & commentariis Galeni conſtat. Secãda

verò basilica brachij dextri ad vnc.iiij. tantùm, nam tutius est repetere, si opus fuerit, quàm exquisitè vacuare, prius tamen soluta aluo suis excremẽtis aut spõte, aut arte hoc modo. Rec. decocti capi lib.ß.in qua dissolue catholici semũ. sacchari rub.vnc. j. olei vnc.j. fiat clyst qui iniiciatur horis duab.ante phlebotomiã, aut die præcedente mane. Interea vitãda sunt diuretica, & cætera omnia quæ ventrem torminibus afficere possunt, & quæ partum accelerant quarto, quinto, & sexto mensibus. Quod si videatur grauida purgatorio medicamentoindigere: hunc in modum purgabitur. Rec. rhab.electi & amicorũ, subtiliter puluerati drach.ij. infunde in aqua endiuiæ absque expressione, & fiat potio quæ sumatur mane. vel sumatur bolus hic. Rec. catholici & rhei pro qualitate affectuum, & ex præsentis medici cõsilio. Poterit dosis & quantitas rhabarbari augeri aut minui pro ratione virium mulieris, aut pro solutionis facilitate, infundi etiam in decocto pectorali, si mulier aut tussi laboret, aut frequenti sputo torqueatur, aut alio aliquo decocto pro varietate affectuum mulieris, nec exprimendum rhabarbarum. Nam si

cum ſubſtantia ſumatur poſt ſolutionem internis viſceribus robur adfert & fœtum firmiorem reddit: Ea euacuatio poterit ſemel præſcriptis menſibus reperi. Quibuſdam placet caſſia fiſtularis, quæ licet gratum ſit & amicum naturæ medicamentum, tortionem tamen ventri adferre ſolet, & interna viſcera lenit, quæ huic affectui non conueniunt, qua de re vide Arculanum. Iuuandæ ſunt etiam iis quæ ſequuntur auxiliis nō ſolùm quibus miſſus eſt ſanguis, aut quæ purgatæ ſunt, verum etiam quæ non indigere putantur, attamen fœtum ad periodum perdurare nequeunt.

Rec. margaritarum non perforatarum ſcript.ij. maſtich. drach.j. zinzib. ſcript j. been albi & rubri & coralli rub. an. dr.j. macropip. zedoariæ, doronici, cardam. an. ſemidrach. cinnam. electi drach.j. nucis moſch. ſcript.ij. tunicarum ventriculorum gallinarum, conſeruæ roſar. & corticis citri conditi an. vnc.j.ß. ſacchari in aqua bugloſſæ diſſoluti quantum ſufficit, fiat electarium per tabellas inauratas, ſumat tabellam j. duabus horis ante ſingulos paſtus. Aliud. Rec. pulueris electarij diamargariti calidi Auicennę deſcriptio-

næ & diambræ an.ſcript. iiij.coralij rubri drach.j. radicis pęoniæ ſcript.ij. ſacchari albi in aqua bugloſſæ diſſoluti quantum ſufficit, fiant tabellæ inauratæ, quibus vtatur duabus horis ante ſingulos paſtus. Interim deferendum ſequẽs emplaſtrum quod frigidiori temporis conſtitutione, aut vbi calor renes non offendit admouendum eſt ipſis lumbis. Rec. ladani puri drach.ij.galangę drach.j.nucis moſch. nucum cupreſſi, boli armeni orientalis, terræ ſigill.ſanguinis draconis, mirtillor. balauſt.an.ſeſquidrach.pſidiæ acacię hypochiſtidos an.drach.j ceræ citrinæ ſemunciam, terebinthinæ vnc. j. picis naualis q.ſ.ad craſſitiem, & fiat emplaſtrũ, quod lumbis admotum, remouetur quolibet menſe. Ferenda ſunt hæc emplaſtra à quinto menſe ad medium noni vſque. Aliud. Rec. ſtoracis calaminthæ, colophoniæ, picis naualis an. drach.ij.ß.ladani puri drac.ij.maſtichis drach.j. ß. mentæ ſiccæ, galangæ, biſtortæ, nuc. cupreſſi, an.ſcrup. iiij. myrrhæ, & gummi arabici an.drach.j.ceræ citrinæ ſemunc. cũ pauca terebinthina, fiat cerotum ſuper renes deferendum & potiſſimum per hyemem aut tempora frigidiora.

Vbi verò æſtas fuerit aut aëris conſtitutio calidior, aut vniuerſum corpus, aut renes tantùm intemperie calida afficiuntur, aut calculi in renibus ſuſpicio adfuerit, tutius erit ſequens deferre emplaſtrũ. Rec. maſtich. drach.ij. coriandrorũ præparatorum. balauſt. biſtortæ, corticis mali punici an. drach.ij.ß. roſarum rub. p.j. nucum cupreſſi, mirtill. an. drach.j. olei maſtichini, & cydoniorum aqua plãtag. diligenter lotorum an. vnc.j.ß. cum pice nauali, fiat emplaſtrum, renibus admouendum ad medium vſque noni menſis. Si accidat pruritus aut ardor quiſpiam, aut veluti feruor ab admotione præſcriptorum emplaſtrorum, ſatius fuerit ea ad tempus relinquere: interim renes ſequenti vnguento ſunt illinendi.

Rec. olei mirtill. cydon. maſtich. an. vnc. j.ß. hypochiſtidos, acaciæ, boli arm. ſanguinis drag. an. drachm. j. berberis ſcript. ij. ſantalorũ citrinorum ſcript. iiij. cum cera noua fiat vnguentum, quo vngantur renes bis in die. proderit etiam plurimum, ſi pudendum hoc vnguento vngatur, aut vnguento comitiſſæ.

Pica & malacia earúmque remedia.

SOlent grauidæ & pregnantes variis cruciari affectibus, pica & deprauata quadam appetentia primis mensibus quâ & carbones, terram, lapides, & alia quamplurima quæ nutritioni minimè sunt accommodata appetunt: de his ipsis fiet suo loco & tempore mentio: toto huius affectus spatio aut statu caueant manibus faciem attractare alioqui obsignaretur ea ipsa re quam deperditè appetũt.

Adeò prægnantibus prostratur nonnunquam appetitus vt cibos omnes refugiant, & imbecilliores redditæ miseros, & imbecilles fœtus pariant non absque matris discrimine & periculo quibus nota genitalis apparet, per totum suæ vitæ decursum infirmi, iique valetudinarij victitant, vnde verisimile est non fuisse genitiuam illam notã impressam embryonibus siue grauissimo matris angore & labore: vomunt etiam aliquando cibos coctos, aliquando crudos, interdum vitiosos humores cum cordis palpitatione, ac tremore: cuiusmodi mulieribus, maximo erit vsui decoctum maioris chamomeli (quod simillimum abrotonis est)

quod omne remediorum genus ſuperat.

Item, Rec. conſeruæ roſar. bugl. corticis citri conditi an. vnc.ij. coralij rubri drach.ij.ß. margaritarum non perforatarum drach.j.oſſis de corde cerui an.ſemidrach. myrobalanorum emblicarum conditarum, ſacchari roſati recenter tabellati quartarium.i. vj. folia auri paſſularum mundat. vnc.j. fiat conditum,quo vtatur frequenter longè à cibo.

Quòd ſi tuſſis infeſtarit, & macilenta in dies magis ac magis euadat vt ferè fit in vrbanis, ruſticis,& nutricibus in quadrageſima ſuperſtitioſis (circa eius enim finem agricolæ hîc & vinitores confecti penuria victus & labore longorum dierum miſerabiliter moriuntur) mulier à cõdito ſequenti mirũ in modũ iuuabitur.

Rec. cõſeruæ roſarum,radicis bugloſſ. conditi ſingul. vnc.j ß. corticis citri conditi vnc.j. paſſularum mundat. vnc.ij. pineorum mundat. in aqua roſarum infuſorum ſemunc. amygdalarum dulcium drac.j. margaritarum non perforatarum ſcrup.ij. pulueris diairis. ſ. drach. ij. auri folia vj. ſacchari albi quantum ſufficit, fiat conditum,quo vtatur perſæpe etiam non procul à cibo. Interea pectus oleo

amygdalarum dulcium & butyro recenti non ſalito, mane ſuauiter illinatur, & fugiat aërem frigidum.

Victus ratio grauidarum.

EO tempore victus ratio inſtituenda: Imprimis cibis alãtur enchymis, qui & facilè à natura conficiantur, & probè nutriant, & ſint pauci excrementi. vitanda cruda omnia, & quæcũque ſunt humidiora, ex quibus ſucci multi crudi maximè & viſcidi in corpore gigni poſſunt. Etenim mulieres quæ ſunt humidiore temperamento ad aborſus ſunt paratiores. Itaque ſiccioribus & cibis & aëre vtantur conſulo: vitãdi prorſus ſunt flatuoſi cibi, & quicumque vrinas mouẽt. Similiter & calidiores, vtpote qui inflammationes & febres ſuſcitare poſſunt. Quare vitanda piperata, & id genus reliqua: plurimum obeſt generoſum vinũ. Id verò vinum ex vſu fuerit, quod craſſioris ſaltem fuerit ſubſtantiæ pro ratione & temperamento ventriculi & hepatis: ſubtile enim nocet: ídque diluendum aqua chalibeata pro facultate vini: nõ ſtatim primis epulis bibendum, ſed poſtrẽmis tantùm poſt nimirum liberaliorem ciborum vſum. Abſtinendum à forti, vio-

lento & immoderato exercitio donec partus proximus fuerit: Interea cauendum à tussi, ira, zelotypia, externo amore, clamore, superflua venere. Statim à cibo decumbendum per horam nec tunc dormiendum est: quies enim illa à cibo efficit, vt fœtus quietior cibum assumat, nec ciborum pondere grauabitur, quia potius robustior euadet. Omnia animi pathemata animi mediocriter ferenda: Nam animi motus fortiores non solùm vtero gestãtibus mulieribus, verum etiam omnibus quibus noxam maximam adferũt. At cùm iam mulier nonum attigerit, & aliquot iam dies in eo ipsa morata fuerit, poterit tutò emplastra relinquere, & sese paulatim exercitio exponere non intermisso tamẽ ta balneorũ vsu: ob id ambulationes leues primis diebus cõferẽt ante cibum, potissimũ duodecim noni mensis primis dieb⁹, quę post duodecimũ ipsum diem augeri poterunt, & validiores fieri: tandẽ cùm proximè expectabitur & sperabitur partus, fortius proderit exercitiũ, sicque tribus aut quatuor dieb⁹ ante partum frequenti & reperito ascensu, & descẽsu iuuabitur plurimũ. Choreis quoq; mediocribus tunc delectari: præstabunt

hæ exercitationes paulò vehementiores vt fœtus minori cum molestia in lucem prodeat,& ipse partus facilior fiat:conferent tunc plurimum diuretica,similiter & cibi cinnamomo & croco cōditi. Post decimum quintum diem noni mensis oblinatur pudēdum muliebre butyro recenti,vel axungia capi,vel oleo amygdalarū dulcium , vt facilior pateat exitus fœtui ex vtero . Solent enim iuuenculæ mulieres à maiori fœtu plurimum in pariendo affligi, & sæpenumero in partu laborioso & difficili animam agere ac emori : qua de re non satis mirari subit, quòd tam temerè ineantur hac tempestate matrimonia , vnde infinita multitudo pauperum, quos ne saxa quidem & rupes aratæ tollere possunt : lege cautum esse oporteret ne ante tempus matrimonia contraherentur , & artium expertes vitam celibem ducerent (quamuis nullus est vicus qui non aleret suos, si non essent voragines) huic homunciones, pigmæi & id genus hominum monstra, & vitæ breuioris quàm auorum: Partui proximas non alio vestimenti genere indui oportet quam pallio, vt factitare solent Scoticæ mulieres quæ fœtum edunt sine obstetricibus,

neque coarctari thorarico indumento, quod ob id à maioribus breuissimum fuit præcisum, vt longè latéque crescenti embryoni pareat vterus: sed ex amore iuncei corporis, plancos, varros, gibbosos, & imperfecta enituntur corpora. Apud Scotos nulli nascuntur vitiosi: sed lasciuia eò venit impudentiæ, vt quiduis malint quàm cõcubitus inducias. Quam ob rem abortiunt aut intereunt, inuitis artificiis omnibus medicorum, causa in promptu est, effæta est harum natura, & ideo vix feres opem his remediis.

Rec. bismaluæ cũ rad. M.1. maluæ, chamomeli, anethi an. m.1. apij m.ß. Lauandulæ m.1.ß. seminis lini vnc.2. seminis fœnugræci, fœniculi an. vnc.1. fiat decoctio in aqua sufficienti, in qua sedeat quotidie per mediam horam, Octo diebus continuis, manè & serò: abstergantur postea pãno lineo & vngantur sequenti vnguento.

Rec. olei amygdalarum dulcium liliorum an. vnc.1.ß. pinguedinis gallinæ semunc. mucag. seminis altheæ drac.2. olei seminis lini vnc.1. misce fiat litus, quo illinatur ab vmbilico ad pubem, illinantur etiam renes & lumbi mane: A litu, illa su-

mat vitellum oui cum pauco cinnamomo loco ſalis, poſtea bibat modicum vini albi aut hippocratici ſi hyems adſit: perſeueret in balneo, litu, & vnctione per octo dies integros, quibus exactis ad valentiora eſt tranſeundum. Nam à leuioribus eſt inchoandum, fiant igitur quæ ſequuntur ad horam partus vſque.

Rec. maluæ, althæe cum radicibus an. m. ij. adianthi parietariæ arthemiſiæ, lauendulæ, foliorum lini, ſi haberi poſſunt an. m. 1. foliorum lauri m. ſs. ſeminis lini & fœnugræci an. quart. 1. florum chamomeli meliloti an. m. ſs. fiat decoctio in qua ſedeat mane ad vmbilicũ vſque abſtergatur poſtea & vngatur vnguento ſequenti.

Rec. olei de ſemine lini vnc. ij. ſs. olei amygdalarum dulcium vnc. 1. mucag. ficuũm cum aqua arthemiſiæ extractæ, butyri recentis ſine ſale an. vnc. 1. medulæ cruris vituli & pinguedinis gallinæ an. ſemunciam, fiat linimentum quo vngantur renes & lũbi ab vmbilico ad vſque pubẽ, tegãtur poſtea optimè pannis calidis & quieſcãt: vngatur etiam pudendum, & loci præſcripto oleo ſeminis lini: ſorbeat

postea Iusculum pulli cum oui luteo, cinnamomo & croco, potissimum ante cibum: tertio aut quarto ante partum die postquam lota & vncta fuerit, vtatur sequenti puluere.

Rec. Cinnamomi electi debitè mundati sesquidrac. peucedani drac. 1. fiat puluis, sumat script. 1. cum ouo sorbili, bibat modicum vini albi. Si displiceant tabellæ, quibus superioribus mensibus vsa est, sequentibus vti poterit eo maximè tempore quo lauatur & vngitur: quibus assumptis bibet modicum vini hippocratici, si aëris conditio frigida fuerit: alioqui vini albi. Quod si videatur partui proxima, têperetur vinum aqua infusionis seminis lini.

Rec. Cinnamomi electi debitè purgati drac. 1. ß. corticis cassiæ fistulæ script. 4. myrrhæ script. 2. conseruæ capillorum veneris drac. 2. sacchari albi in aqua sabinæ dissoluti, aut arthemisiæ quantum sufficit, formentur tabellæ inauratæ: assumat tabellam 1. inauratam post vnctionem, horis duabus ante cibum: Si non arrideant tabellæ & malit opiatam, vtatur sequenti, tempestate frigidiore.

Rec. Myrrhæ caſtorei an. drac. 1. ſs. ſtoracis calaminthæ drac. 1 cinnamomi electi ſcript. 4. ſabinæ drac. 1. cum melle fiat electuarium, aſſumat quotidie mane cum inſtat pariendi tempus, bibat inſuper vini modicum: Sic regenda eſt vſque ad tempus pariendi.

Vt regendæ parturientes.

CVM autem à parturiendi laboribus vexari cœperit, aduocanda obſtetrix prudens & in ea arte apprimè edocta. (hæc enim ars viros dedecet) quæ mulieri lectum ad id compoſitum & idoneum, & in eo mulieris ſitum pro vſu & arbitrio adaptabit, aut pro regione & conſuetudine.

Gallicanæ ad focum in paruo ſtrato collocant & cæteris melius: quæ priuſquam pudendo manus admoueat eis oleo de ſemine lini aut liliorum, aut amygdalarum dulcium litum parabit. Sed pudendum ſit adapertum prius & foras ripæ ſummopere promineant, os pubis interim totumque pudendum iiſdem oleis illinat, & coxæ aquilæ lapi-

dem alligabit, & ſub vtroque pede polipodium quercinum admouendum curabit: quod ſtatim à partu eſt auferendum, vt & ipſe lapis. poſtea ſi cruciatus diuturni & violenti fuerint, viriumque appareat imbecillitas, quæ ſolet à maximis doloribus excitari, ouum ſorbile cum puluere præſcriptarum tabellarum, aut drac.1. opiatæ ſupradictæ optimo erit ex vſu. fit aliquando difficilis partus cum quicquid in vtero continetur ſeroſa recrementa, aut aquæ, aut euiuſdē ſubſtantiæ multo ante fœtum tēpore excernantur: & tum viæ ſicciores parturientis & rugoſæ redditæ difficiliorē exhibent exitum: hæc ſi contigerint ita ſuccurrendum erit.

Rec. biſmal cum radice m.1. arthemiſ. ſabinæ an. m. ſs. ſem. lini fœnug. an. vnc. 4. caricarum ſemunc. fiat decoctio cuius accipe quart. 1. olei de ſemine lini vnc. 2. moſchi granum. 1. iniice in collum vteri ita facilior fiet tranſitus, idque repetendū ſæpiſſimè.

Rec. butyri recētis ſine ſale in aqua arthemiſię loti vnc. 2. mucag. ſeminis braſicę rubrę mucag. ficuum & ſeminis altheę cum aqua ſabinæ extractæ an. ſemunc.

fiat linimentum quo frequẽter vteri collum obſtetrix illinat: & in ipſo puerperij labore aſſumat puluerem qui ſequitur, parturiens.

Rec. Cinnamomi electi corticis caſſiæ fiſtularis an. ſcript. 4. croci ſcript. 1. fiat puluis ſubtiliſſimus: capiat drac. 1. cum vino albo aut aqua arthemiſię calidè. Aut eum qui ſequitur, ſe malit.

Recip. Corticis caſſię fiſtularis dictamni an. drac. 1. cinnamomi ſcript. 4. ſacchari albi ad pondus omnium fiat puluis ſubtiliſſimus, ſumat ſcript. 4. cum decoctione ſeminis lini, ſic enim celerior fit partus & cum minori educitur moleſtia.

At vbi difficilis ſupra modũ fuerit partus & parturiens ex pręſcriptis non iuuatur, nec parit obſtetrix, ſequẽti vnguẽto manus ſuas inungat.

Rec. olei de ſemine lini vnc. 1. ſs. olei de caſtoreo ſemunc. Gallię moſchatę ſemiſcrup. ladani ſcript. 1. fiat Linimentũ quo obſtetrix frequenter vteri collum illinat.

Interim prouocetur ſternutamentum puluere piperis, aut Ellebori albi (quem circulatores appellant & circum-

ferunt in scriniolis & coriolis, pulucrem d'Orbus corrupto vocabulo) in nares immisso: pariter & lapis Aëtites coxę sinistrę alligatus fertur accelerare partum.

Si huiusmodi auxiliis non iuuatur puerpera, ad ea que sequuntur transeundum est.

Rec. croci quantum sufficit ad conficiendum pessum cum succo porri inuolue panno lineo subtili & fiat pessus, qui coxę alligatus in collum vteri immittatur. vel,

Rec. corticis raphani semunc. mercurialis m ß. cassiæ ligneę subtiliter pulueratæ drach. 1. succi sabinæ semunc. croci script. 1. hæc omnia optimè contusa & panno lineo inuoluta, in vteri collum impone: Optimum est & quod sequitur.

Rec. radicem ciclaminis: Ea collo vteri admota statim partum educit, debet coxæ alligari & statim à partu auferri. Franciscani quidam pomum colocynthidos præferunt, non verentes adducere in discrimen vitæ matres. Aliud

Arthemisia cum vino albo cocta & cōtusa ventri admota partium faciliorem efficit: Aliud

Saturcia trita ventri calidè apposita, fœtuum expellere fertur etiam si mortuus esset.

Si serpentis spolio mulier cingatur statim parit.

Semen peoniæ perfectè maturum subtiliter pulueratum & cum oleo chamomelino in linimenti formam redactũ maximum adfert præsidium, si eo parturiens circa renes, lumbos, os, vteri & collum illinatur: nam facilem partum facit & cum paucis doloribus.

Suffitus ex oculo piscis saliti aut vngula equina, aut asinina, fœtum & secundas educit. Cucurbitula parturiẽtis renibus admota partum accelerat quæ statim à partu auferenda.

Cor è gallina adhuc viuente extractum & dextræ coxæ alligatum partum accelerat: sed ad secundas quampenitissimè immittat digitos obstetrix, nihil secreti prius.

Lini semẽ cum aqua sabinæ, aut arthemisiæ aut pulegij regalis aut vino albo impositum, aut si in eius decocto mulier sedeat fœtum sine molestia educit.

Tripheræ magnæ sine opio semunc. succi vitis albæ drach. 2. succi mercuria

lis drach.2.fiat pessus qui coxæ alligatus in collum] vteri indatur: fœtum iam diu mortuum & secundas extrahit.

Pessus ex condiso quiduis educit. Est autem condisum radix saponariæ. Sunt etiam suffitus præstantissimi quidam id hos effectus vt ex ladano, partum facilitat: idem facit ex stercore columbarum aut cati: Qui sequitur vtilissimus.

Rec. cinnamomi, aloës crudæ an. mos. ambræ an. gra.2. concassentur fiat suffitus: quod si mulier diutius in eo permaneat bibat quod sequitur.

Rec. corticis cassiæ fistularis concassatæ sesquiunc. cicerum rubrorum p.ß. bulliant tempestate frigidiore in vino albo, æstate vero in aqua ad consumptionem medietatis: factæ colaturæ adde cinnamomi electi subtiliter puluerati semidrac. croci grana vj. fiat potio qua assumpta irritetur ad sternutamenta: his subsidiis si non prodit fœtus, certo scias nō solum periclitari matrē sed & fœtum: quare semper habenda est virium ratio quæ non aliter quàm cibis optimis vt decocto capi, aut eiusdē expressione, aut ouo sorbili aut vino reparari possunt & conseruari: Admouenda semper obstetrix, quæ

nihil nisi cũ natura moliri debet: vt enim febrium paroxismi nõ sunt penes nos nec arbitrium nostrũ, sic nec penes puerperas labores, vulgò horæ, ita dictæ quod recurrant certis interuallis: Quando manu opus est: rem totam chirurgi complures tradiderunt & docuerunt inter quos doctissimè scripsit D. Ambrosius Parẹus, cuius laborib⁹ & vigiliis adiuti externis carere possunt chirurgi. Sed de his satis superque: nolo quæ ab aliis celebrata sunt cõcinare: pudeat inquam pudeat non experta in lucem proferre in generis hominum pernitiem.

Vt regendæ puerperæ.

VBi autem puer prodierit in lucem, & secundæ eductę sunt, hæ adhuc calidæ, sunt citissimè puerperæ vmbilico apponẽdæ, quibus sublatis, inuoluẽda quoque puerpera, potissimum secundum renes & ventrem totum pelle arietina è viuo adhuc recens & presenter extracta. Quod hactenus non animaduersum est etiam si multi ex recentioribus de gyneciis scripserunt: licet autem puerpera perbellè suo fœtu & secundinis liberata sit, noui tamen cruciatus ac dolores quãdo-

que suboriuntur, qui alterius partus labores esse vidẽtur, quos sæpenumero perniciosa syncope comitatur: his ego cum plerumque interfuissem eorumque vehementiam ac magnitudinem diligentissimè obseruassem, nostrã artem prope his inutilem indicaui, vnicum nobis perfugium in obstetrice relictum fuit, quæ simulatque manum in pudendum indidisset, interdum concreti sanguinis ferme libras tres eduxit, interdũ massam velut carneam nõ absimilem molæ in vtero recẽtæ (sæpe cũ fœtu & mola inest in vtero) cui' symptomatis causam mihi inquirenti, non alia videtur quam facultas expultrix lassata ac penè prostrata laborũ priorum diuturnitate: Itaque vide quanta ars medica indigeat animaduersione & experientia, cum à quibus causis debeas petere indicationẽ, in hac re vix pronũcies. Est quoque obseruatione dignũ vnã cum fœtu vt nunc nuper dixi, nos frequentissime molam vidisse & suffocatione ab vtero pręgnantes & puerperas (sunt etenim hę salacissimæ) non parum leniter affici.

Prognosticon de fœtu in vtero.

NOn placet hîc repetere quæ pleriq; de fœtu in vtero contento prędixerunt

runt, dicā tamē me prænouisse, an masculus an femella gestaretur, ex tumescentibus & nigricantibus in alterutro inguine venis, (quod relatu collegarum disci honestè potest) sed ab vmbilico aulicę ocyssimè certum testimonium exigunt, obseruarunt quoque in ea re lunæ cursum prudētes matronæ quod his verbis sequitur.

Si luna crescente parit. partus maris alter,
Eius decursu virginis ortus erit.

Soluetur hic quamuis præter propositū de numero mensiū quæstio in hūc modū.

De partu certatur lis à mensibus orta est,
Solis, vel phœbes, aut vtriusque simul.

Vrinarū inspectione abuti ad præsentiendum, conceperit ne mulier an non, impostorum est, nō medicorum licet permulti mugas in id genus cognitionis & cautiones scripserint. Hoc etiā nec semper nec plerumque aqua mulsa Hippocratis indicauit.

Victus ratio puerperæ & pueri recens nati.

QVibusdā sex horas tantum quibusdam verò diem integrū quiescere conuenit, nonnullæ cum illa pelle arietina degunt absque somno, absque motu,

absque luce, clausis fenestris, in temperato aëre, aut calido, pannis bene tectę seruantur: has si tormina exagitāt & excruciant. abstineāt à vino per triduum, idem ipsum faciendum si copia lactis molesta sit. Simulatque puer editus est, hunc obstetrix aqua tepida abluat, illique ante omnia mithridatij aut theriacæ aliquantulum hyeme per se, æstate vero cum pari portione cōseruæ rosarum, aut buglossi transglutiendum exhibeat, illudque tam diu cum digito in eius ore detineat donec transglutitum videatur. Et si præcesserit partus difficilis & iam diu puerpera à cibo abstinuerit exhibēdum est capi decoctum aut aliud quidpiā quod celeriter & probe nutriat.

Tormina post partum.

QVoniam autem solet, quæ recēs peperit laboribus, & grauissimis fatigari torminibus ante cibos præstabit sequentibus vti pulueribus.

Rec. consol. mai. siccæ drac. 1. nucl. persic. nucis moschatæ ana drach 2. carabæ drac. 1. ambræ griseæ script. 1. fiat puluis subtilissimus sumat drac. 1. cū vino albo

aut aqua arthemisiæ aut ouo sorbili si absit febris, vel cũ iusculo pulli si adsit. vel

Rec. nucleorũ dactyl. persic. ana drac. 1. ß. nucis moschatæ script. 4. pulueris diamarg. calidi drac. 2. anisi conditi drac. 1. cinnamomi mundati script. 2. croci semiscript. sacchari ad põdus: fiat puluis subtilissimus, sumat drac. 2. cũ vino albo bis aut ter in die si vrgeant dolores.

Rec. anisi conditi drac. 1. ß. nucis mosch. cornu cerui vsti ana script. 4. nucleorum dactyl. drac. 1. ß. ligni aloes, cinnam. ana script. 2. fiat puluis subtilissimus, detur drac. 1. cũ vino albo calido, aut vini hippocratici vnc. 2. à partu si nulla sit febris. Aut Rec. lauẽdulæ semunc. bulliat vnico feruore in vino calido, bibat vnc. 3. aut

Rec. pulueris nucleorũ dactyl. & ligni aloes ana vnc. 1. rad. cõsol. mai. drac. 1. ß. succini script. 2. cinnam. drac. 1. fiat puluis subtilissimus sumat drac. 1. cum vino calido: si vero augeantur tormina & his non cedant remediis, tunc ventri sunt hęc admouenda.

Rec. vitellos xij. ouorum sub prunis coctorũ pulueris fœnug & sem. lini ana vnc. 1. ß. florũ chamom. melil. aneth. ana drac. 2. concoquantur in oleo chamom.

donec reducantur ad formam vnguenti applicetur ventri calidè, auferatur ante refrigerationem & iteretur frequenter.

Rec. florum chamomeli anethi melil. rorismar. ana. p. j. sem. anisi fœnic. cumini fœnug. sem. lini an. drac. 2. fiat decoctio in pari portione vini & aquæ fiat cataplasma ventri.

Pudendi muliebris læsi à partu curatio.

NEc negligendum est pudendum quod in difficili partu maximè offenditur & læditur cui statim à puerperio admouendum est quod sequitur.

Rec. albumina duorum ouorum, olei hyperici vnc. 1. *ß.* olei myrtillorũ semũc. cum stupis canabinis applicetur labiis pudendi, cauendum tamen ne collum vteri attingat, nam purgationes muliebres sisteret, sequenti die fiet pudendo fomentum sequens.

Rec. vini & aquæ an. lib. ß. florum rosarũ rub. & hyperici ana p. 2. fiat decoctio ex qua fiat fomentum pudendo superpositis præscriptis stupis: supra scripta fiant primo & secundo die: à tertio verò ad vsque nonum fiat quod sequitur.

Rec. vini albi lib. 1. aquæ lib. ſ. myrrhæ drac. 2. cumini ſcript. 4. aluminis drac. 1. ſs. acinorum à paſſulis extractorum drac. 2. corticum granatorum drac. 2. florum roſarum rubrarum p. 2. fiat decoctio, qua foueto labra pudendi ſemel in die ad nonum vſque diem, deinde vngantur labia pudendi hoc vnguento.

Rec. olei hyperici vnc. 1. ſs. ſpermatis ceti drac. 3. cum cera alba fiat vnguẽtum quo vngatur vt ſcriptum eſt.

Ablata igitur arietina pelle vngendus eſt venter totus iſto vnguento.

Supponenda tela eo modo parata quo poſtea deſcribetur, quam ad octauum à partu diem perpetuo deferet ventre faſciis aptiſſimè vincto.

Rec. ſpermatis ceti drac. 2. olei amygd. dulc. chamom. hyperici ana vnc. 1. ſs. ſeui ceruini vnc. 1. olei myrtil. ſemunc. croci ſcript. 1. fiat linimentum quo vngatur vẽter calidè quotidie ſuperpoſita tela quæ hic deſcribitur.

Rec. ceræ nouæ quart. 1. ſpermatis ceti vnc. 1. terebenthinæ in aqua roſarum non ſegniter lotæ drac. 2. ſs. olei amygd. dulc. & hyperici an. vnc. 1. croci ſcript. 1. bulliãt omnia deinde infunde telam ex canabe

ad magnitudinem ventris ſuperponatur ventri poſt vnctionem poſt diem octauū: ferenda ea quæ ſequitur per totum puerperij ſpatium & decubitum.

Rec.olei myrtill. hyperici ana vnc.1.ſs. olei anethi vnc. 1. ſpermatis ceti drac. 2. axungię ceruinæ vnc.1.ſs.cerę albę quartarium, bulliant addendo in fine decoctionis croci ſcript.1. cū aufertur ab igne impone telam canabinā quę ſtrenuè manibus cōfricta & polita deferatur per totum decubitus tempus.

Quādo poſt partum, torminibus vterus malè affectus eſt & ad eum ab vniuerſo corpore humores defluunt, & qui iam in eo delituerunt commoti ita vterum malè afficiūt, vt à ſua ſede dimoueri videatur, ſtatim ablata pelle arietina, ſub vmbilico admouēdum eſt emplaſtrum ex galbano in cuius medio aliquid gallię moſchatę aut moſchi inſerendum eſt: verendum tamen ne odor ad nares vehatur: eo auxilio ſolet vterus in priſtinum recurrere ſtatum, & minus torqueri: Priuſquàm tela poſtremò deſcripta ventri admoueatur, iuuabit plurimum vētrem totum ſequenti vnguento perfricare.

Rec.olei hyper.cham.anethi ana vnc.1.

olei mastich. vnc.1.ſs. olei mirtill. vnc.1. ſpermatis ceti drac.2.ſeui renũ hirci drac. 1.ſs.axungię ceruinę vnc.1.croci ſcript.1. cerę quantum ſufficit fiat vnguentum quo vngatur venter puerperę ab octauo ad finem vſque decubitus : deinde ſuperponat ſuperſcriptam telam, interim venter totus faſciis & pannis lineis mollibus leniter cogatur ne maior fiat quàm par ſit.

Mammarum curatio.

STatim etiã poſt pellis arietinę ablationem, habenda eſt ratio mammarum : idque fieri debet horis ad ſummum ſex:à partu,primo igitur illinantur hoc vnguento, non neglecta ſemper alui procuratione quę pręſtari poteſt enematibus, nam mulier grauida & puerpera, cloaca, & immenſum ſtagnum eſt.

Rec.olei roſ. mirtill. an. vnc.1.ſs. aceti drac.3. miſce vnge mãmas calidè bis aut ter primo die,ſecundo die poſt illitum aſperge illas puluere myrtill. & ſuperponito emplaſtrum ſequens.

Rec.maſtich drac.2.nucis moſch.drac. 1. nucis cupreſſi ſcript. 4. boli armeni terrę ſigill.ana drac.2.ſanguinis drac.ſcript.

4. mirtill. balauſt. ana drac. 1. ſs. pulu. ireos florẽt. drac. 2. olei. mirtill. vnc. 2. olei amygd. dulc. vnc. 1. ſs. terebinth. vnc. 1. ceræ nouæ quantum ſufficit: fiat emplaſtrum quod vtrique mammę pro earum magnitudine paretur: fiant ex eodem alia duo oblonga quę ſub mammis à primo partus die admoueãtur. Prohibent enim ne ab vtero ad mammas feratur ſanguis & lac gignatur: ferenda ſunt hęc emplaſtra ad tẽpus vſque purgationis perfectę & donec ſui puerperij muliebria omnino ceſſant. Interim non congrediantur cum viris, nec cũ eis veneris triũphum agant.

Balneorum ratio pro puerperis.

POſtquàm vero perfectè purgata videbitur, nihilque eorum deerit quę ſolent huic affectui prodeſſe & iam tranſierit trium hebdomadum tempus & ſpatium, fueritque integrè confirmata priſtiniſque viribus reſtituta, nulla febris ſuſpitio, nulla in viſceribus obſtructio, nec aliud ſuperuenerit ſymptoma, quod balneorum vſum poſſit impedire pręmiſſa euacuatione humorum qui in enixa viſi fuerint redundare, cogitandum erit de ingrediendis balneis ad eluendas

ſordes derelictas tum à præſcriptis vnguentis & litibus, tum à muliebribus euacuationibus, adde quod balneis interna viſcera à puerperij laboribus diſtenta reſtituantur priſtinæ valetudini, cutiſque erugatus, politur, leuigatur, & molleſcit, quod mulieres ex optāt: quamquam Italæ ac Hiſpanæ mulieres nullo modo balneis vtantur.

Ingredienda igitur balnea ſunt tribus diebus continuis ante cibos, ventre ab excrementis repurgato vi naturæ, aut arte. Eaque ab initio tepida ſint in quibus initio paululum immorandum erit, illiſq; paulatim aſſueſcendum. Secundo die diutius in balneo immorādum erit, illudque parandum calidius, calidiuſque tolerandum: Tertio autem die ferendum balneum ad laſſitudinem vſque & ab egreſſu balnei lecto ſe committendum. Sumat interea ſi velit à balneo aliquantulum ſequentis confectionis.

Rec. conſeruæ roſ. buglo. corticis citri conditi an. vnc. 2. tripheræ magnæ ſiue opio ſcript. 2. ſumat egrediens balneum drach. 2.

Non commeſſationibus vtendum in balneis, vel ſtatim pòſt, vt ſolent biba-

culæ mulierculæ & obſtetrices: nec per totum diem laſciuiendum in balneo, vt pleriſque mos eſt. Non enim omnibus confert balneum.

Sunt autem variæ balneorum parandorum formæ, nam pro temporum mutatione balnea parari poterunt & mutari. Æſtate igitur poterunt in hunc modum parari: Impleatur labrum vel dolium aqua fluuiatili lympida, cui addes vini albi optimi & odoriferi partem duodecimã: Relinquatur per duos dies, poſtea ferueãt cum arthemiſiæ, maioranæ, agrimoniæ, pulegij an. M. j. & inter feruendum pluries extingatur ferrum caudens: ſub decoctionis finem adde roſarum rubrarum vnc. 3. florum chamom. melil. anethi. an. vnc. 1. facta colatura, fiat balneum primum, à quo egreſſa ſumat confectionis præſcriptæ drach. 2. deinde ſudet ſudore deterſo & toto corpore ad naturalem reducto habitum, ſumat, cibũ euchymum, & viuat læta, caueat à frigidiore aëre. Reſeruabitur aqua primi balnei pro ſecundo balneo. verum hæc erunt addẽda.

Rec. farinę fab. & auenę. an. lib. ij. ß. farinæ orobi lib. j. farinę lupinorum lib. ß. farinę gland. lib. j. aluminis cocti alumi-

nis rochæ vnc.1.ß. ſalis vnc.2. caryophillorum nucis Moſchatæ an.drac. 1. conterantur omnia fiat ſacculus qui in aqua primi balnei ferueat,& omnia ſimul agitentur diutius donec albeſcat tota aqua, & ita paratum balneum ſecundo ingrediatur.

Addere poteris ſacculo granorum tinctorum vnc.4.in hoc diutius immoretur quàm in primo,& à balneo ſumat ſimiliter drac. 2.confectionis præſcriptæ. Eodem pacto concinabitur tertium balneũ, velatur labrum pro arbitrio: Baſſinicæ mulieres affabrè facta habent inſtrumẽta ad id conſtructa, quæ capellam vulgò nuncupant.At hyberno tempore, ita fiat balneum.Hauriatur aqua fluuiatilis mũda cum maiori quantitate vini quam per æſtatem,in qua bulliant roriſmarini,mentæ,maioranæ,arthemiſiæ,ſabinæ,hederę, terreſtris ſingulorum m.1. aluminis rochæ lib.ſ.granorum tinctorum vnc.6.roſarum rubr. chamomeli, meliloti,anethi an.vnc.2.farinæ orobi,lupinorum an.lib. 1.hæc omnia in ſacculo ferueant addendo aquæ vitę lib.1.ß.fiat balneum vt præcedẽs: in quo prius extingatur frequẽter ferrum caudẽs, dimiſſis balneis, per octo

dies, poſtea fouebit fonticulum vt ſequitur.

Recip. roſarum rubrarum p. 1. myrrhæ drac. 2. ſcenanthi. m. ß. mirtill. drac. 2. ß. aluminis ſemunc. maſtiches drac. 3. nucis moſchatæ drac. 2. conterantur, ferueant in vino rubeo ſtyptico, & fiat ſuper pudendum fomentum bis in die calide. Sic enim reſtauratur vterus ad alios conceptus, & pudendum formam gratiſſimam recipiet. poſthabitis & omiſſis fomentis quæ per octo dies fiunt, ſuffitus vterum roborans vt ſequitur iuuabit.

Recip. ligni aloes crudi ſemunc. nucis moſchatę cupreſſi an. drac. 2. electri drac. 1. conterantur, fiat ſuffitus quo vtatur mane & ſerò in cathedra perforata.

Vel, Rec. corticis citri ſicci, ligni aloes an. drac. 3. nucis moſchatæ, nucis cupreſſi an. drac. 2. fiat puluis quo vtatur vt pręcedenti: Poterit etiam hoc fieri fomentum biduo poſt relictum balneum.

Rec. gallarum, nucis cupreſſi an. drac. 2. corticum malorum granatorum ſcript. 4. roſarum ſemunc. ſcenanthi m. ß. aluminis ſemunc. maioranæ m. 1. thymi m ß. bulliant in vino ſtyptico & foueto pudendum.

Tumor ventris à partu.

ET quoniam puerperis, nonnunquam iam peractis quæ præscripta sunt, super est magnitudo & tumor ventris, non minor quam cum adhuc vtero gerebat, aut ob flatus in eo ipso contentos, aut humorum illuc decumbentium copiam: his omnibus hæc ratio victus est instituenda.

Principio abstineat à cibis flatum gignentibus, & cibum parcius assumat & purgetur prout videbũtur humores exũdare. Præterea admouenda hæc erunt ventri.

Rec. ficuum lib. 1. farinæ hordei & fabarum an. semunc. farinæ orizæ vnc. 2. gallarum, nucis cupressi an. drac. 1. mastiches drac. 2. seminis fœniculi drac. bulliant omniaq́ in aqua fabrorum ferrariorum, aut in qua frequenter sit extinctum caudẽs ferrum donec spissum euadat decoctum & cum panno lineo ventri calide admoueatur, & fasciis ligetur per viginti quattuor dies.

Post balneum, ventri & mammis vt in pistrinum reducantur habitum sunt ista admouenda,

Rec.farinæ fabarum orizæ, glandium, amygdalarum,ſingulorum vnc. 2. lateris puluerati vnc.1 ß.boli armeni drac.2.ſanguinis draconis drac. 1. nucum cupreſſi ſemunc.granorum tinctorum drac.3.gallarum ſemunc. olei myrtillorum vnc.6. aquarum meſpillorum & prunorum ſylueſtrium an. lib. 1. aquæ roſarum lib.1.ß. decoquantur ad craſſitiem fiat puls quæ vētri & mammis adponatur calidè. Aqua ſtillatitia florum citriorum vulgo de naphe dicitur, per ſe deabus terreſtribus ſummopere commendatur, præterquam quod cætera poſtponit,facit etiā ad braccharum irritamenta puluis ſcorpij cum moſcho ad phyltron.

Rec. aquæ glandium aquæ ſorborum ſylueſtrium vel non maturorum perfectè,(tunc enim nihil aſtrictionis habēt)aquæ prunellorum aggreſtium, aquæ caudæ equinæ quantum ſufficit, aut ex eis nonnullæ quæ ſatis ſint ad hęc legendæ,aquę ſaluiæ,aquæ vince peruince an.vnc.3.farinę fabarum vnc.4. farinæ orizæ vnc.2. boli armeni vnc.3.aluminis vnc.2 aluminis glacialis vnc.1.ß. ſanguinis draconis ſemunç.lateris pululati vnç.3. coquantur ad ſpiſſitudinem pultis ad noue ventri &

mammis, addere poteris cum iam cocta erunt albumina.vi.ouorum:& ne preſcriptorum frigiditate offendantur pectus & viſcera interna addendum cenſeo ipſis maſtiches drac.2.nucis moſchatæ drac.3. iris florentiæ ſemunc.

Diſtillatum excellens, Quod à balneo mammis & ventri admouendum eſt,gratiuſque quam præſcripta: delicatis mulierculis tutum etiam erit poſt pultes eo ventrem & mammas abluere,vidi ego ex linteis admotis calidis per plurimos dies & noctes lac euomi & maximam quandã conuulſionem excitari velut epileptico inſultu.

Rec. gallarum nucum cupreſſi an.lib. ß. aluminis drac.vi.boli armeni,lib.ſ. farinæ glandium & fabarum veterum an. lib. ß. albumina ouorum xii.lateris vſti pulucrati lib.i. fiat puluis quem infunde per triduum. Nam quæ aſtringunt terreſtris & compactæ ſunt ſubſtantiæ nec tam promptè facultates ſuas in liquoribus in quibus infunduntur relinquunt nec ab eis ita facilè ſpoliantur,vt ea quæ mediocris aut tenuis ſint ſubſtantiæ quare quæ diutius macerantur ad vſum ſunt paratiora,& aptiora. Infundantur igitur

præordinata in aquis prunorum ſylue-ſtrium, cornorum, meſpillorum. Et ſi deſunt aquę deſtillatæ & quo tempore fieri nequeunt, ſume fructus, aut arborum cortices, cornorum ſcilicet, meſpillorum prunellorum ſylueſtrium caudæ equinæ ſi reperiri poſſit: infunde per quatuor dies integros in aqua fabrorum ferrariorum in qua fuerit frequenter extinctum candens ferrum, addendo aceti roſati lib. ß. poſtquam infuſa fuerunt omnia diſtillentur in alembico plumbeo lento igne, facta diſtillatione, reſerua quod fluxit in vas vitreum ſubiectum, cui adde maſtiches vnc. 1. ß. ſanguinis draconis drac. 2. fiat puluis ſubtiliſſimus qui miſceatur aquæ deſtillatæ exponatur ſoli ęſtiuo dies decem. Alia diſtillatio pro arbitrio poterit commutari in hunc modum.

Rec. prunellorum ſylueſtrium cornorum, meſpillorum, ſi deſunt fructus ſiue cortices arborum an. lib. 1. florum roſarum agreſtium, roſarum rubrarum cum ſuis cupis an. vnc. 1. ouorum albumina ſex lateris vſti puluerati vncias 4. infunde per duos dies tantum cum pari portione aceti optimi & aquę fabrorum ferrariorum, fiant duæ aut tres infuſiones aceti

ratione

ratione suæ penetrationis: distilla omnia in Alambico plumbeo lento igne: adde aquæ iam distillatæ, mastiches, sanguinis draconis, boli armeni an. drac. 1. ß. ex quibus fiat puluis subtilissimus qui in distillatã iniiciatur aquã & ante vsum æstiuo soli decem dies exponatur.

Myrrha sua facultate pudendum arctius & solidius, si ea abluatur citra vteri noxam: ventrem illæsis visceribus planum firmum & absque rugis reddit: efficit mammas, si grandiores & molliores fuerint duras compactas & minores illæso pectore, idque pro maximo in his rebus secreto habendum est.

Rec. caryophyl. nucis mosch. nucis cupressi an. vnc. 1. ß. scenanthi vnc. 2. ß. mastiches drac. 2. aluminis vnc. 1. ß. farinæ fabarũ & glãdium an. lib. 1. terræ sigillatæ vnc. 1. ß. cornu cerui vsti vnc. 1. tartari vnc. 2. mirtil. vnc. 1. sanguinis draco. drac. 2. boli armeni lib. s. ireos florentiæ vnc. 2. fiat omnium puluis qui infundatur in aquis sequentibus.

Rec. aquæ rosarum vnc. 2. aquæ prunorum syluestrium & pomorum quercus aquæ mespillorum an. lib. 1. aquæ fabrorum ferrariorum in qua extinctum sit

candens ferrum lib. iij.aceti rof. lib.ß. aluminis lib.1.gallar.drac.2. litharg. auri drac.1.ß.nigellæ drac.1.benioni drach.3. ladani femunc.macis drac.3. diftillentur omnia lento igne:bis in aut ter in hebdomada vẽter eft lauẽdus & reliquæ partes, quibus robore & aftrictione opus eft:aut intinctus in eo liquore pãnus lineus partes eas donec exficcatus fuerit tegat.

Aliud diftillatũ quod faciei,manibus,& ventri admotũ dealbat, lenit & deterget & a rugis prohibet&viuidũ reddit colorẽ.

Rec.florũ alth.& mal.quãtũ licebit habere,præftat tamẽ plures alth. quàm mal. fint,diftillẽtur in alẽbico vitreo lẽto igne: diftillatũ lõge prẹftãti⁹ effet ex folis alth. floribus:illius aquæ fume lib.ij.aquæ rofar.quartariũ vnũ,limones duos remota exteriore.cute minutim incifos, prunorũ fylu.ante perfectã maturationẽ lib.1. infunde omnia,duos dies in aqua diftillationis florũ alth.præfcripta.Iterũ diftilla lento igne in alẽbico vitreo : aut ex fola aqua extracta ex floribus alth , in qua infũde pruna fylu.immatura duos dies,atq; iterũ diftilla alẽbico vitreo:deterget dealbat,lenit cutẽ mirũ in modũ hoc diftillatũ,nec eo reperies præftãtius prius tamen abluenda cutis aqua, in qua infufa fuerit

mica panis albi nocte tota. Aliud distill. quod viuidũ colorẽ efficit, cutẽ leuit, erugat, lentigines faciei delet. Rec. casei recenter facti sine sale lib.1.ß. carnes vnius capi iuuenis abiectis omnibus ossibus & intestinis, minutim incisas, oua decẽ recẽtia cũ suis testis confracta, aquæ rosa. lib. ß. farinæ orobi & lupinorũ an. vnc.1.ß. amigd. dulciũ mũdatarũ & pistarũ, vnc.4. limones quatuor remota exteriore pellicula minutim cõcisos, limaces rubr. quæ in syluis reperiuntur num. xxiiij. micę panis albi lib.ß. omnia cõfundãtur & distillẽtur in alẽbico vitreo lẽto igne: nõ est parui facienda huius aquę vis: nihil à nobis hactenus visum est quod magis faciẽ adornet & reddat formosiorẽ absque vlla noxa. Aliud distillatum quod cutẽ terget, mundã limpidãque reddit, & maximè quæ natura sunt aspera, necnon dealbat.

Rec. micã panis albi in succo limonum infusi, mellis crudi quart.1. oua recẽtia vj. cũ suis corticibus cõfracta, limaces rubr. sex, micam panis aliã ab ea quæ in succo limonũ infusa est, in fundo alẽbici positã, aquæ rosa. quart.1. distilletur: facies prius detersa & a squalore depurata hac aqua lauetur:

FINIS.

THERAPIA RECENS NATORVM: EX EVCHA-rio Rhodione.

POſtquam natus eſt infans, ſtatim vmbilicus reſecandus, ſpatio tres latos digitos in longũ à corpore relicto, atque ita obligandus eſt, vt etiam Auicenna ſcribit Parti deinde extremæ vbi reſectus eſt inſpergendus puluis ex bolo armena & ſanguine draconis, ſarcocolla, myrrha & cymino, ſingulis pari pondere contritis, inſperſuſq; lana oliuo intincta, & humectata, ne decidat, obligari debet: Tametſi alij vmbilicum tres digitos à corpore relictum primùm religare, ac deinde præſecare iubent.

Præſagia ex vmbilico infantis.

Præterea ſunt qui dicant perinde vt longitudo vmbilici reſecti relinquitur, ita & linguam in maſculo breuiorem aut longiorem fore. Auicenna quoque de vmbilico, præſagia quædam capit. Nam mulier, cùm primùm partum ædidit, vmbilicus infantis inſpici debet, inquit, qui ſi in parte qua corpori proximus eſt, rugas

seu sinus quosdam non habet, mulieri deinceps sterilitatem portendit. Contrà autem, si rugas siue nodos quosdam ostendit, tot partus ac liberos matri promittit, quot numero nodi seu rugæ in eo deprehenduntur. *Sterilitas.*

His alij addunt, rugas eas, si modico inter se spacio distent, modica pariendi interualla quoque significare: si longius, lõgiore etiam temporis interuallo matrẽ concepturam atque parituram esse.

Præterea rugas, si ruffescunt, masculos partus, si cãdidiores sunt, fœminas significare. Sed hæc de vmbilico, pro præsenti argumento & loco satis est dixisse.

Cæterùm vt vnde digressi sumus, eò reuertamur, postquam vmbilicus resect⁹ atque obligatus est, totum quoque corpus infantis oleo glandium perungi non inutile erit, illud enim cutem confirmat, & ceu munit, contra ea quæ foris lædere aut offendere tenerã possent, qualia sunt, fumi, frigora, & reliqua, quæ cùm à partu statim infantẽ contingũt, lædere solẽt. *Vnctio infantis.*

Post vnctionem lauari aqua tepida infantem conuenit, naréśque digito, cuius vngues præfecti sint, leniter aperiri atque purgari debent. *Lotio infantis.*

Nec inutile erit, olei modicum in oculos instillari. Nec nō anus quoque infantis contrectari à matre aut nutrice debet, quò citius ad egerendum aluus prouocetur. Præcipuè autem à calore immodico, aut frigore custodiri debet.

Vmbilici procidētia. Postquam autem vmbilici pars extans deciderit, id quod ferè post diem tertium aut quartum fieri solet, conspergi reliqua debent cinere, ex conchyliis quæ in paludibus aut lacubus passim reperiuntur, aut ex vngula vituli facto, aut etiam cinere plumbi probè cōtrito & vino temperato.

Tractatio in cunis inuolutio. Pręterea cum infans inuoluitur, & cunis imponitur, danda opera est, vt semper quàm mollissimè eius membra tractentur, deinde vnūquodque membrum suo loco, & rectè, non confusè aut distortè illigetur, ídque non semel vno die, sed sæpius faciendum est. Quemadmodum enim in seminariis arborum fit, perinde vt recta, aut cōtorta ducūtur, ita eandem formam adulta tenent: ita etiam infantibus accidit, qui si rectè & legitimè inuolucris suis obligantur, rectis membris, & recto corpore crescunt: sin curuati & cōtorti conuoluuntur, distortis atque incuruatis membris quoque adolescunt: itaq;

& oculi ſubinde extergendi ſunt linteo quàm tenerrimo, aut ſerico, & explicãda, extendendáque brachia, & iuxta latera vtrinque infrà verſus deducenda, vt rectà ia cere cõſueſcant: vltra hæc, veſicam quoque interdum demulceri prodeſt, vt eo minore negocio vrinam mittat.

Et cùm dormitum reponitur, imponenda capiti mitra, aut eius generis aliquid aliud eſt, collocaríque in cunis eo loco debet, vbi nec frigus illi infeſtum, neque æſtus moleſtus eſſe poſſit: caput quoque paulò ſublimius reliquo corpore acclinari debet, totíque ei, ſuſpenſa deſuper faſcia, aut alia materia, vmbra inducenda eſt, ponendúmque ita vt radij ſolis interdiu, aut lunæ per noctem oculos non perſtringant. In vniuerſum autem curandũ, vt omnia membra quàm rectiſſimè collocentur, ne aut ceruix reflexa, aut tergũ nimis elatum, aliáque alio modo diſtorta & incuruata reclinatur.

Quãdiu infans lauãdus.

Porrò lauari debet bis aut ter quotidie, ſemper à ſomno, & hoc hyeme aqua calida, æſtate verò tepida: nec longius in aqua retineri debet, quàm dum corpore incaleſcat, & rubicundus fieri occipiat: curandúmque eſt, ne inter lauandum au-

rib' aquam recipiat, inutile enim hoc est & auditui damnosum. Postremò cùm è balneo recipitur, abstergendus & confouendus est linteis teneris ac molliter calefactis, debétqae nutrix aut mater, aut quæcunque è balneo receptum, inuolutura est, primùm è gremio suo pronum inclinare, aut tergum leniter mulcere, deinde vt suprà diximus, inuoluere, inuoluto autem guttam vnam & alteram in nares stillare, id enim visui prodest, atque ita tandem loco suo reponere.

De lacte & nutrice, et quandiu infanti mamma præbenda.

CÆterùm, quod ad alendũ infantem attinet, præcipuè prodest, si mater suo lacte infantem alat. Matris enim lac naturæ infantis & magis conuenit, magísque proprium est, præterea plus nutrimẽti cõfert, propterea quòd part' in vtero dum fuit, eidem assueuit, eodemq; nutritus est. Ideóque infans iam magis illud ceu notum & consuetũ appetit. Denique matris lac infanti salubrius quoque est. Sufficit autem interdiu bis aut ter infanti mammam præbere, vt Auicenna tradit. Quanquam vitandum est ne ab initio la-

Lac matris.

cte infantem obruamus: quod ita intelligi debet, ne eodem tempore longius lactando fastidium infanti ingeneremus. Multò enim satius est sæpe ac modicè lactare puerũ, quàm immodico lacte semel aut iterum sugentem opplere, propterea quòd qui hoc modo obruuntur, eorum corpora distenduntur & inflantur, lotiũque emittunt, quod imperfectam concoctionem lactis significat. Quæ quidem si accidant infanti, abstineri ab alimento aliquanto longius debet, donec iusta fame ad cõcoquendum impellitur. Similiter si lac matris acrius paulò foret, ieiuna præbere mammam nunquam debet.

At verò, si vel valetudinis causa, vel quia lac ipsius corruptum & malum foret, ipsa mater infantem nutrire nequeat, nutricẽ comparare licet, sed tamẽ eam, quæ hisce rebus prędita sit: Primùm vt colore bono ceruice valida, pectore autem lato cõspicua sit. Deinde, vt neque partui propinquior, neque ab eodem longius transgressa sit, ita vt ad summum duo menses postquam eadẽ peperit elapsi iam sint: vt masculum, si talis modò haber possit, pepererit. Tertiò, vt sit corpore habito, neq; gracilenta nimis, neque nimis crassa ac pin-

Nutrix qualis esse debeat

guis. Quartò, vt ſit proba atque modeſta, morib⁹ autem moderatis, neque iracũda, neque ſeuera nimis, neq; etiã formidoloſa, Eiuſmodi enim affectiones & perturbationes pernicioſæ ſunt, vt quæ lac corrumpant, & vnà cum lacte in mores quoque & ingenium ſugentis tranſeunt. Neque enim temerè à Poëta additũ eſt, cùm ingenium durum atque immite deſcribere vellet, vt diceret: Hyrcanæque admorũt vbera tygres. Propterea cauendũ eſt, ne nutrices fatuę aut laſciuæ, ceu ſunt induſiariæ, ſtrophiarię, & id genus ſedentariæ aliæ adhibeantur. Quintò, Nutricem cõuenit vbera habere plena & fœcunda, quæ neque mollia aut flaccida ſint neque tenuitate, aut contrà magnitudine modũ excedant, aut etiam propter duritiem minus lactis de ſe præbeant.

Lac nutricis. Poſtremo lac nutricis quoque inſpici debet, ne aut nigricans ſit, aut cæruleum, aut glaucum, aut rubeſcẽs, item ne amarum, aut ſalſum, aut acidũ ſit, ne rurſum tenue, ac fluidum nimis, aut contrà craſſum ac pingue, ſed æquabiliter cãdidum atque dulce ſit. Et in ſumma illud lac optimum atque electiſſimum erit, quod inſtillatum modicè vnguibus digitorũ, ne-

que ſubſiſtet & adhærebit, ſi digitum declines ac moueas, neque defluet ſi eundẽ æqualiter immotum teneas: nam quod citò effluit, tenue nimis, quod tenacius adhæret, ſpiſſum nimis ac pingue ducendum eſt, medium autem inter vtrunque horum optimum. Quòd ſi fortè tum accidat, vt lac nutricis calidum nimis atque acre foret, ſugendum infanti dare non debet ieiuna, & antequam ipſa cibũ ſumpſerit Fit quoque interdum vt lac nutricis decreſcat ac deficiat, id quod variis ex cauſis euenire ſolet. Aut enim valetudine corporis cõtingit, aut morbo ſeu vitio vberis, aut frigore & obſtructione eiuſdem, aut quòd ea ſubtrahuntur, ex quibus lac generari debet, aut denique quòd fame ac ſiti nutrix afficiatur. Quæ cauſæ vt probè quidẽ cognoſcendę ſunt, ita ſuper his medicos conſulere, eorũque ad medicandũ opera hoc loco vti decet.

Lacti nutrici generando.

Nos tamen, vt nihil ſaluti atque vtilitati publicæ deeſſe pateremur, quædam remedia hîc ſubiunximus, quæ mulieribus hoc malo laborantibus maximè ſalubria, & ad iuuãdum efficacia putauimus. Proinde vt lac nutricis creſcat & augeatur, accipe paſtinacam, eiũſque ſemẽ aut

radicem, nutrici veſcendam præbe. Aut fœniculi ſemen ſiue radicem, iure hordei aut cicerculæ decoctã, inter reliqua, quibus veſcitur, ſumendam. Item vbere ouillo vnà cum eiuſdẽ lacte veſci eôdem prodeſt. Item prodeſt, drachmam lumbrici arefacti & cõtriti, ex lumbricorum terreſtriũ aqua hordei decocta ſumpſiſſe. Item accipe butyri vaccini, vnciam 1. eámque maceratam, & colliquatam vino, nutrici bibendam dato. Vtile quoque erit ventoſas ſub vberib⁹, cute tamẽ nõ inciſa admouere. Itẽ prodeſt emplaſtrũ ex thure, Maſtice, ac pice, vberibus, aut infrà impoſitũ, cute prius oleo perũcta, ne nimis tenaciter illam apprehendat, aut ſtringat Item prodeſt vbera leniter fricare & permulcere, aut in aqua calida, à prãdio aut cœna, inter balneandum, eadem ſugenda præbere infanti. Item accipe oleum Lilij candidi, aut violæ, in hoc muſcũ, thus & Laudanum contunde, ac macera, eóque liquore lanam madefactã vberibus ſubinde inducito, eadémque ita confoueto. Aut rurſum confoueto eodem vino, mentha, roſa, viola, & xyloaloë decocto. Item proderit veſci iure gallinaceo, cinnamomo, Macide, cardamomo, & luteo oui tẽ-

perato. Item veſci caſeo recenti eadē debet, & lacte, debétq; omni labore ac opere magno & difficili abſtinere. Nec non pulmētaria quoque ex farina fabali, oryza, ac pane ſimilaceo ſicco, & lacte ac ſaccaro temperata, addito etiam ſemine fœniculi aliquanto, valde proſunt. Itē accipe Aniſi. Sileris mōt. ſingul. drac. ternas, cryſtalli drac. 2. eáq; in puluerē redacta, & altero tāto ſaccari addito, mane, meridie ac veſperi circiter decies epotanda dato. Itē accipe fœniculi ſeminis ſiue foliorum & Marrubij manipulos binos, ſeminis Aniſi drachmas 4. ſcrupulū vnū croci triti, prçterea butyri recentis vncias 3. eáque omnia ſufficienti aqua decocta in emplaſtrū redige, ipſúmque emplaſtrum calidū, pectori nutricis impone. Item accipe cymini ſeſquiunciam contriti: ídq; cum aquæ libris ſex, defecati mellis vncijs tribus, in ollam nouam impoſitum ad tertiam partem igne decoquito, decoctū hoc nutrici bibendum ſubinde dato. Item accipe Betę ſatis & bene lotę, vnciam 1. Cymini ſemunciam, mellis vncias ſex, eáque contrita & macerata inter ſe in electuarium redige, mane ac veſperi ſingula cochlearia nutrici abſorbenda dato. Item accipe

Cryſtalli bene contriti drachmas duas, eáſque in partes quatuor diuide, ſinguláſque partes per dies quatuor mane nutrici cum iure ciceris aut piſi ſumẽdas dato. Præterea fœcũdant atque augent lac hæc quæ ſequuntur quoque: Anetum, ſemen aneti, ſemen aniſi, Marrubiũ, Cardamomum, caſeus recens, ius ex caſeo veteri, Cicer, Cryſtallus tritus, & cũ melle hauſtus, Lactuca, fœniculum, vinum in quo roſmarinus aut ſerpillum decoctũ fuerit. Item ſi nutrix continentior fuerit. Nam crebra venus exhaurit, & lac inſipidũ, atque infanti ingratum reddit. Proinde etiã lac quod eiuſmodi eſt, rarò ab infante retinetur aut concoquitur, ſed, vt plurimũ fit, per vomitum rurſus egeritur.

Prima ſoiuct. Cæterùm non inutile fuerit, infantem vt primùm natus erit, non ſuæ matris, ſed alterius lac primo die ſugere, propterea quòd Coloſtrum, ita enim vocant, à partu ſtati n & primo die in omnibus ociantibus denſatur, & ceu congelatum eſt. Similiter ſi nutricem eueniet ex fluxu laborare, aut aluo obſtructã eſſe, & ob id medicamenta, quæ aluum cient inſumpſiſſe: proderit alteri, dum illa conualeſcat, infantem lactandum commendare.

Porrò vbi lactando puer cubitum reponitur & cunarum agitatione somnus prouocatur, agitari debet non violẽtè ac duriter, ne lac paulò antè sumptum, eo motu in corpore infantis corrumpatur, ipsúmque lædat.

Cunarũ agitatio.

Præberi autem infanti mammam Auicenna per totum biennium iubet, sed nostra consuetudo obtinuit, vt non vltra annum fermè prębeamus. Deinde vbi ablactare placet, non subitò id faciendum est, sed paulatim, faciendíque velut globuli quidam, aut crustulæ ex pane & saccaro, à quibus ad consuetudinem ciborũ grandiorum puer velut manu ducatur.

Puer quandiu lactãdus

Atque hæc de prima educatione infantis sufficiãt, neque enim clàm me est plura etiam superesse, quæ ad curam huius ætatis pertinent, quomodo tractandi atq; fouendi circa dentitionem pueri sint, de quibus Auicenna non pauca tradit, sed nos breuitatis causa, ea ex aliis petenda atque discenda lectori relinquimus.

FINIS.

DE HERBA

PANACEA,

QVAM ALII TABACVM, ALII PETVM, AVT Nicotianam vocant, breuis Commentariolus.

Quo admirandæ ac prorsus diuinæ huius Peruanæ stirpis facultates & vsus explicantur.

Ab AEgidio Euerarto Antuerpiano, Philiatro in ordinem redactus.

Cætera pagina sequens indicabit.



ANTVERPIAE,
Apud Ioannem Bellerum.
M. D. LXXXVII.

2095

CONTENTA.

De Herba Panacea, quam alij Tabacum, alij Petum vel Nicotianam vocant, breuis Commentariolus.

Compendiosa Narratio de vsu & praxi radicis Mechoacan, ex Hispania noua Indiæ occidentalis nuper allatæ.

Gerardi Bergensis Medici de Pestis præseruatione libellus ad S. P. Q. Antuerpiēsem.

Galeni Pergameni libellus de Theriaca ad Pisonem, interprete & commentatore Ioan Iuuene Medico Iprensi.

Eiusdem de Antidotis libri II. ab Andrea Lacuna in compendium redacti.

Ioannis Iuuenis Opusculum de Medicamentis Bezoardicis, quorum vsus à Peste præseruat.

CASTORIS DVRANTIS, Medici, Ciuisque Romani, in Tabacum Herbam ex Lusitania ab Illust. Card. S. Crucis Romam asportatam, Epigramma.

NOmine quæ sanctæ Crucis Herba vocatur, ocellis
Subuenit, & sanat plagas, & vulnera iungit:
Discutit & strumas, cãcrum, cancrosaq; sanat
Vlcera, & ambustis prodest, scabiemq; repellit,
Discutit & morbum cui cessit ab Impete nomẽ:
Calfacit, & siccat, stringit, mũdatq;, resoluitq;,
Et dentum, & ventris mulcet, capitisq; dolores.
Subuenit antiquæ tussi, stomachoq; rigenti,
Renibus & spleni confert, vteroq;: venena
Dira sagittarum domat, ictibus omnibus atris
Hæc eadem prodest, gingiuis proficit, atque
Conciliat somnum, nuda ossaq; carne reuestit:
Thoracis vitijs prodest, pulmonis itemq;,
Quæ duo sic præstat non vlla potentior Herba.
Hanc Sanctacrucius Prosper, cum Nũcius esset
Sedis Apostolicæ Lusitanas missus in oras
Huc asportauit Romanæ ad commoda gentis,
Vt proaui sanctæ lignum Crucis ante tulere,
Omnis Christiadũ quò nunc Respublica gaudet
Et sanctæ Crucis illustris domu ista vocatur.
Corporis atque Animæ nostræ studiosa salutis.

CANDIDO LECTORI.

ETſi credam Lector Humaniſsime, non defuturos qui hanc opellam ſint culpaturi, non potui tamen amicorum quorundam hortatibus non acquieſcere, quin hæc ipſa qualiacunque paſsim concerpta, aut fide dignis relatubus accepta, euulgari meo nomine paterer: tum quod nihil hic, aut iuſtis calumnijs obnoxium, aut ætati meæ indecorum agnoſcerem, tum quod Reipub. intereſſe videretur, pręclaras & admirandas exoticæ huius Plantæ vires, à paucisſimis fusè ſatis tractatas, orbi innoteſcere. Itaque fœliciter vale ac fruere.

DE TABACO HERBA, QVAM ALII PETVM, ALII Nicotianam vocant, Hiſtoria.



Icotianæ Herbæ longe præſtantiſſimæ, ac in vſu medico admirabilis hiſtoriolam contexere, ideo maximè adductus ſum, quod cum varij de re herbaria ſcripſerint optimè, præter vnum tamen Nicolaum Monardem, medicum Hiſpalenſem (qui peculiarem hiſtoriam de ſtirpibus & aromatibus ex nouo Orbe allatis deſcripſit) paucißimi nobilis huius Stirpis varias ac prçcellentes dotes pro dignitate ſatis explicuerint. Cum vero plurimos eſſe non dubitem, qui eaſdem cognoſcere vehementer deſiderent, ne hi ſua voluptate diutius fraudentur, vtq; quam nomine norunt, re ipſa tandē pernoſcant: non grauatè hoc munere perfuncti ſumus, vt quanta fieri potuit breuitate ac fide, in lucem daremus, quæ partim audita ac lecta, partim comperta domi habebamus, adjunctis ſimul huc,

quæ tum in alijs auctoribus, sparsim erãt obuia, deinde etiam domestica experientia longo vsu comperta accepimus.

Genus. Nicotiana cum habitu ipso, tum facultatibus Consolidam satis refert, vt speciem eius quandam suspicari non absurdè liceat, potius quam Hyoscyami lutei, vt visum est nonnullis.

Differentiæ. Triplex fere obseruatur, Mas, Fœmina & tertium quoddam vtroque imperfectius.

Masculi descriptio. Mas quidem folia habet ampla, densa, oblonga, pinguia, dilutè viridia, acuminata, tenuiter hirsuta, viscosa: sed minimè crenata; cauli sic adhærentia, vt ipsum quodammodo amplecti videatur, odore graui, gustu acri ac feruido, infernè ad radicem quam supernè maiora. Caulem producit rectissimum, qui ad quaternos, quinosque pedes, interdũ & cubitus assurgat pro soli cui inseritur calore, pinguedine ac cultura: suaque pulchritudine oculos mirificè recreat.

Rami. Rami è nodis ac geniculis per interualla protuberantes, caulem partiuntur

pedali

pedali aut ſemipedali intercapedine . In ipſo ramorum vertice flos erumpit colore albeſcente & roſeo, quem incarnatum vocant, campanulæ forma, è ſiliqua, tanquam è calice enaſcens , quæ tandem in orbem, mali ſpecie turgeſcens , vbi flos emarcuit, ſeminibus minutiſsimis repletur, Hyoſcyamo luteo ſimillimis , quæ natura quidem nigricant , prius autem viridia ſunt. Ad radicem valde luxuriatur ſurculorum frequentia ſeſe quodammodo redintegrans, cum tamen radices non niſi tenũia quędam ſtamina ſint, alia alijs craſsiora , ac breuiora, pro plantæ ſuæ altitudine . Succum reddunt vti & folia, pinguem ac reſinoſum , flaueſcentem, odore reſinoſo, non ingrato, ſapore acri ac mordaci. Vegetiores plantæ radices habent craſsiores & lignoſas , quæ ſurculis maximè luxuriãt, coloris flaueſcentis, guſtu amaras , quæ virtute Rhabarbaro creduntur æquipollere , quanquam nec hoc ſatis adhuc compertũ ſit. Radix.

Fœmina vero minutiore ac humiliore eſt caule, folijs breuioribus ac minoribus Fœminæ deſcriptio.

minuſque reſinoſis. Florem edit minus apertum ac dehiſcentem, colore minus roſeo: ramos nec tam altos, nec tam extuberantes habet, atque Petum maſculum. Errant itaque toto cælo, qui hanc Priapeiam fecere, atque ac ſi Satyrij regij species eſſet, Errãt inquã. Hæc enim quá Petum fœminam dicimus, nec effigie, nec habitu, nec radice, nec colore, nec aliter Satyrio reſpõdet: nam radices quidem plurimas, atque exiguas, caulem villoſum, ramos complures, folia multa, eaque oblonga & ampla habet, eſtque calida & ſicca, Peto maſculo aſsimilis. Satyrion è contra paucioribus radicibus ac craſsioribus, culmo minimum nodoſo, ramis nullis, paucioribus folijs, florem oſtendens in ſummo caule, abſque ſiliqua & granis, calidum & humidum in tertium vſque receſſum, Veneri maximè prouocandæ idoneum.

Tertium Peti genus, vulgo Hyoſcyamus niger aut luteus.

Tertium Peti genus per omnia minus, folio rotundiore, ſubnigro, pingui, leuiter hirſuto licet ſucculento, flore minore & per extremum rotundo palleſcente

ante

ante annos circiter viginti Europæ innotuit. Dodoneus Hyoſcyamum luteum: prior vero Matthiolus nigrũ appellauit.

Seritur Kalendis, Idibus aut Nonis Aprilis, aut circiter: nonnunquam ſerius vel maturius, pro ratione caloris: quanquam Indi Peruani, & Hiſpaniæ nouæ incolæ circa Antumnum ſerant. In calidis regionibus frondet, floret, ac germinat, vno eodemq́ue tempore, totos nouẽ, decémue menſes: ſed apud Belgas ab Auguſto in hyemem vſque floret, & ſubinde ſemen profert, deinde primo gelu marceſſit, peritq́ue tota, vixq́ue hyeme aſſeruari poteſt, niſi in fictilibus aut viminaceis, idq́; in hypocauſtis, penuarijs alijſúe locis calidioribus. Tempus.

Pingue, ſeduloq́ue excultum poſtulat ſolum & quidem frigidioribus hiſce regionibus, inſigniter ſtercoratum, cuiq́ue fimus (potiſsimum vero equinus) ita cõmixtus & incorporatus ſit, vt in terram prorſus degeneraſſe videri poſsit. Præterea opacum ac humidum, iuxtaq́ue amplum ac ſpacioſum terræ ſitum expetit: Locus.

nam locis anguſtioribus nequaquam ſuccreſcit, ramóſue proferet. Solem amat auſtralem, & à tergo murum aut parietē, quo ab imminētibus Boreæ iniurijs vindicetur, quique receptos Solis radios, ac calorem commodè reflectat. Ab omni turbine libera ſit oportet, ob incredibilem ſui teneritudinem, cum inſigni magnitudine coniunctam: quanquam vbi altiores egerit radices, ventorum periculum fere euaſit. Aqua mirè gaudet: ac proinde irrigata ſubinde, cælo præſertim feruidiore felicius proueniet. Frigoris eſt impatientiſſima: ideoque hyeme locis concauis ac ſpiramentoſis in hoc paratis continenda eſt, aut duplici matta circumcingenda, & appēdice ad murum aduerſum erecta lodice, ſtramineóue tegmine operiēda in tabernaculo quod meridiano Soli ſplendidè pateat, ac calore plantam reficiat.

Serendi modus.

Terram vero antequam ſemen inijcias digito perfodi, coniectiſque in foramen decem aut duodecim granis, eadem reiecta terra cooperies diligenter. Tria autem

tem vel quatuor grana in foramen ne conieceris: ob nimiam enim sui exilitatem suffocarentur. Quod si cælum calidius sit, irrigandus est locus diebus xv. post sationem. Poterit etiam seri vt lactuca, aliaque id genus semina: terram nimirum accuratè miscendo, congerendóue. Sunt qui purissimum ac tenuissimum ipsi terræ cinerem commisceant, sed modicum, lentè ac tarde enascitur: enata ab omni frigoris iniuria ac gelu accuratè munienda, nocteque in primis tegenda, præcipue cum succrescit· ita quidem natiuum virorem ac splendorem incorruptum perpetuò seruabit.

Vbi iam herba ad semipedem emerserit, quod singula grana suum caulem proferant, & radicum fibræ inter se cohæreant, & quodammodo adglutinentur, cultro terram circumscribere, cespitem circum circa findere, terram denique ipsam attollere, ac in situlam aqua plenã conijcere oportet, quo expeditius terra ipsa separetur, & cauliculi supernatent. quos deinde auferes sigillatim integros, Transplantatio

ac eadem ſua terra comprehenſos, tranſplantabis in ſolum probè ſtercoratum, trium aut quatuor pedum interſtitio à muro, ſed profundius, vt caulis robuſtior euadat. Quod ſi terra muro aut parieti vicina infœcundior ſit, ſterilitatem prædicta ratione culmis tranſlatis, diligenti irrigatione emendaueris.

Nomenclatura.

Nicotiana nomen ſibi retinuit à Ioan. Nicotio, cuius beneficio Gallijs primum innotuit: veluti & pleręque ſtirpes ac plantæ hominum tum Græcorum, tum Latinorum nomina obtinent, qui eas in regionem ſuam vbi obſcuræ eſſent tranſferri ſtudioſius curauerint. Hic ergo Nicotius, regius Galliarum Conſiliarius, cũ annis 1559 & 1560. ſui Regis nomine legati munere in Luſitania fungeretur, Vlyſſiponæ vero regium carcerem die quadã perluſtrare cogitaſſet, nobilis quidam Belga, oſtenſam illi plantam hanc velut exoticam, atque è Florida prouincia nuper allatam dono obtulit. Acceptam Nicotius in horto ſuo diligenter educari curauit, atque propagari, donec adulta

iam

iam facultatum ſuarum ſtupenda ederet miracula. Vnde cœpit in precio eſſe Vlyſſiponæ, dicique Herba legati. Quoniam vero à Nicotio ob effectus admirandos, ad regem Franciſcum eius nominis ſecũdum, Reginam matrem, alioſque primę dignitatis aulicos ſit tranſmiſſa, nonnulli eam Herbam Reginę aut Mediceam nominarunt ac celebrarũt, quę & ipſa tum diuerſis excolendam, ac per vniuerſam Galliam propagandam tradiderit. Sunt & qui magni Prioris herbam nũcupent quod is é Gallijs aliquando in Luſitaniã traiectus, & Vlyſſiponę ab ipſo Legato exceptus hoſpitio, plantas eiuſmodi non paucas dono acceperit, ac in hortum ſuum perlatas prę cęteris ibi adoleſcere alique adlaborarit. Hiſpanis Petum & Tabaco dicitur, ab eius nominis inſula in qua primò inuenta eſt, vbi magna copia creſcit, vnde & nomen ſortita eſt. Indis vero eiuſdem incolis Picielt. Hanc Illuſtriſſ. Cardinalis à S. Cruce, cum S.R.E. Nuntius Apoſtolicus in Luſitaniã miſſus eſſet, inde Romam primus aſportauit,

Herba Legati.

Herba Reginæ aut Medicea.

Herba Prioris.

Petum. Tabaco.

Picielt. Herba S. Crucis.

uit, vnde & ibidē herba S. Crucis dicitur: plerisq; Herba sancta aut sacra, ob diuinos certe & prodigiosos effectus viresque. Cōplures Petum masculū nominăt ad distinctioné fœminę: estque genuinū illud ac propriū herbę nomé, ipsis Floridę incolis vsitatū, à quibus ad nos peruenit.

Nicotiana vnde dicta.

Dignum tamen ac rationi consentaneum fuerit Nicotianam à nobis appellari, in memoriam honorificam supradicti legati Nicotii, qui primus Galliam tam prętanti ac diuina herba dotarit.

Petum fœmina.

Secundam quam diximus Peti speciē, testatur abunde experientia artium omnium magistra, (cum forma, radice, atque ipso etiam semine ad masculum fere accedat) vocandam esse Petum fœminā: vel eò magis, quod ex Peti maris semine non rarò proueniat. Nam si Peti masculi dum semine turget, gramina quędam in terram excidere contigerit, in eandem, inquam, in qua Petum iam ante excreuerit, haud dubie ibidem anno proximo proueniet hęc Petum fœmina. Imo vero si terrę non satis calidę, sed sterilio-

ri ac

ri ac arenosę Peti masculi semen mandaueris, huius loco fœminam producet, tanta quidē luxuriè, vt ægrè tandé illinc sit extirpanda, sed quotannis sponte renascitura: quod sane argumento est in Peto sexum esse duplicem, vt & in alijs plerisque plantis vsu venit, quibus affinitas quędam intercedit.

Ex odore resinoso, nec ingrato, sapore item acri ac mordaci, natura calida esse videtur supra ordinem secundum: sicca autem in primo: ad extergendum ac resoluendum & consolidandum in primis aptissima, imo ad miraculum efficax. Nā quod fumo ebrietatem quandam accersat, non proinde Hyoscyami species est, etsi eam tum folijs ac calicibus, tum culmo ac semine satis referat, quandoquidem idipsum nec tam cito fieri est credibile, neque extremi est frigoris effectus: sed ab aromatico potius vapore quo proficiscitur cerebri ductus replente. Tertij autem generis Nicotianę seu potius Hyoscyami lutei vel nigri, temperamentum est frigidum & humidum.

Temperamentū Nicotianæ maris & fœminæ.

Nico-

Vſus & effectus.

Nicotianę effectus ſi ſpectabis, primas obtinent folia, deinde ſemen: tametſi multò ſit illis inferius. Folijs vtendũ aut viridibus, ipſo nimirum maturitatis tempore, aut certe exſiccatis, ac hyeme in puluerem redactis. Nam ijſdem pollẽt viribus quibus foliorum ſuccus aut ſpiſſamenta. Deſiccandi vero modus hic eſt. Nicotianę pulcerrima folia & mediocria filo traijcito, & ad vmbram in domus tabulato ſuſpẽdito, vbi nec Solẽ, nec ignem, nec ventum ſentiant. Alij hanc quouis anni tempore ſeruandi rationem tradunt. Nicotianę folia viridia in Phialam oliuarum oleo plenam immitte: cum vero vtendum erit, oleum effundatur, foliiſque tenui linteo exterſis vtitor vt recentibus.

Tollit laſſitudinem.

Porro in effectibus eius id in primis mirum videbitur Indos Occidentales, Peruanos & Floridę incolas, ad tollendã laſſitudinem ſolatiumque in laboribus ſuſtinendum hac ipſa vſos eſſe. Quorum exemplo (inquit Nicolaus Monardes) ſeruos noſtros ac Mauros, qui in Indiam

Occidentalem peregre profecti ſunt, id-
ipſum factitaſſe comperimus: nam ex
crebris ſaltationibus & choreis defeſſi
& laſſi eam ore naribuſque attrahunt:
vnde idem illis quod Indis euenit: ho-
ris nimirum tribus aut quatuor mortuis
ſimiles videntur: poſtea integris viribus
ſunt, atque ad labores tolerandos multò
quam prius alacriores. Quod quidem
ipſis tam volupe eſt, vt ſubinde ab ho-
minum conſpectu ſecedant, quò liberius
animo obſequantur, etiam ſi non ſint
defatigati. Quid, quod eò veſanię deue-
niunt, vt hoc nomine non rarò pœnas
ſuis heris luant, qui & exuri Nicotianam
ſtudioſe curant, vt deſidioſę voluptatis
iſtius occaſionem ipſis adimant. Quid
verbis opus eſt? Vidi ego, ſcribit Nicolaus Nicotia-
Monardes, ſeruos, Mauroſúe quibus non nę ſuccus
permittitur inebriari vino, hoc ſucco inebriat.
ſorbendo ſeſe obruere, in quo non paruã
voluptatem ſtatuant, iactentque ſublatã
inde laſſitudinem, nulloque ſuo vel dãno Fumiga-
vel malo tam bellè exceptos eſſe. tio ex Nĩ-
cotianæ
Aeque inauditum eſt & mirandum, folijs de-
ſiccatis.

Floridæ incolas ſtatis anni téporibus, ſolo iſtius Herbæ fumo paſci, quẽ per cornua huic vſui comparata in os recipiũt. Cuius rei teſtes locupletiſſimi erunt vel ipſi Nautę, compluresq́; alij è Florida nuper reuerſi, ac in dies etiamnũ reuertentes, qui appenſis ad collũ quibuſdã ceu cornubus aut infundibulis ex palmę folijs, iunco, canniſûe, in quorũ extremis cõgeſta ac ligata apparent eiuſmodi folia prę ſiccitate iã emarcida, mirificè ſibi placét. Hi prunas infundibuli anguſtiori parti applicant, aperto ore excitatum fumũ haurientes, quo ad eius fieri poteſt, quo famem ſuã ſitimq́ue ſedari, vires reſtaurari, ſpiritus exhilareſcere, cerebrũ iucũda quadã ebrietate deliniri, eiuſq́; ſuperfluos humores abſumi: in ſumma phlegmaticorũ humorũ copiam incredibilem in os prolici iureiurando aſſeuerant.

Ad ſitim, famemq́; ſedandã. His affinia ſunt quę prędictus Monardes Hiſpanico ſuo Idiomate ſcripta reliquit. Indi, inquit, Nicotiana vtũtur ad ſedãdã famẽ ac ſitim, imo arcendam illã ad dies aliquot, ne cibo potuq́; vti cogãtur, quo-

ties

ties peregre illis eſt proficiſcédũ per auia ac inhoſpita ac loca deſerta, vbi cibuspotuſq; difficulter haberi poteſt. Foliis nimirũ mãdẽdo puluerẽ admiſcẽt ex adultarũ cõcharũ teſtis, quę ſimul ore cõtinẽt dũ in maſſam coeant: ex qua trochiſcos formãt piſorũ inſtar, quibus ad vmbram ſiccatis, ſuo tempore hoc modo vtuntur. Subiectũ labiis imiſq; dẽtibus globulum inter eũdũ exugũt, ſuctũq; omnẽ cibi potuſq; loco deglutiẽtes in vẽtriculũ cõgerũt: hac equidẽ induſtria famẽ ſitimque tolerãtes totos tres quatuorq; dies, vt ne minimã quidẽ viriũ iacturã ſentiãt, conſeruato, vt opinor, natiuo calore à Phlegmatũ copia, quã in os attractã ſimul deglutiũt: & vẽtriculus, melioris ſucci pęnuria, in vſum ſuũ vertit. His adiũgamus quod Clariſſ. Rembertus Dodonęus, medicus Cęſareus, vir ſingulari eruditione, magnificè de ſtudio Herbario meritus, in nouiſſimè edita ſua ſtirpiũ hiſtoria recẽſet

Succo, in quit, huius epoto, quatuor aut quinq; vnciarũ põdere, aluũ vehemẽter ſupra infraq; turbatam, longum deinde

& profundum ſubſecutũ ſomnũ ab amico obſeruatum accepimus. Fuit autẽ qui aſſumpſit homo ruſticus, fortis, medię ętatis, hydrope laborans, qui ſomno expergefactus, cibũ potumque poſtulauit, ac deinceps bene habuit. Narrauit idem ſe aqua ex foliis ſtillatitia, ruſticos multos febre liberaſſe, paulo ante acceſſionẽ propinata. Aridarum vero fæcum puluere intertrigines, non modo hominum ſed & equorum & animalium cito curari. Hactenus Dodonęus.

Myſtoria ad Hydropen.

Vt autem particularius ad Nicotianę effectus deſcendamus. In primis ad τα παθιματα, id eſt, affectus præter naturam capitis deturbandos, nempe catharrum omnem, vertiginem, oculorum defluxiones, capitis dolorem, modo ex cauſa frigida, aliaſque huiuſmodi particulas læſione morbi obſeſſas, plurimum facit puluis foliorum Peti, ſubtiliſſimè tritus cribratuſque, & in vtranque narem per cãnulam matutinis temporibus inſufflatus, omnem humorem caput infeſtantem inſtar Errhini purgat & diuertit, dũmodo

Ad affectus capitis.

Catharrũ Vertiginem. Oculorũ defluxiones.

modo illo puluere per aliquot dierum ſpacium, corpore prius bene purgato, vtantur.

Capitis, crurum, brachiorumque dolores, à vento, aut frigore contracti, remittuntur, ſi vnum aut alterum Peti folium, viride tamen, igni extinctum appoſueris. Si viridia deſint, vtendum erit deſiccatis, quæ vino humectata, ac feruẽti cineri ſuppoſita, deinde Naphtæ aqua conſperſa, vtiliter affecto loco admouebuntur. Tantundem effeceris reſiccatorum foliorum puluere, admixtis ijs quæ hiſce morbis apta ſunt. Repetenda vero euſq; curatio, donec prorſus dolor euaneſcat. In tetano ſimili modo ceruici vel nucæ applicata Peti folia proderunt. Cephalalgia.

Carolus Cluſius nebulis oculorũ diſcutiendis aquæ liquorem conferre aſſerit, viſumque præſeruare, ſi ſæpius eodẽ oculos tepidè abſtergas. Caligo.

Surditati remedium præſtat (ſi præſertim cauſam habet frigidam) olei vel ſucci gutta vna atque altera tepidè auribus inſtillata, diebus aliquot repetitis. Surditas.

Ozæna. Scribit Doct. Monardes, se vidisse quẽdam qui diu exulceratas nares habuerit, vnde multũ puris ac mucoris easdẽ depascẽtis proflueret. Tandem cum Nicotianę succum se consultore per nares resorpsisset, vltra xx. vermiculos excreuit primum, deinde rariores, donec tandem nulli reliqui essent: adeò vt interna nariũ vlcera, speciẽ polypi dixisses, curata sint: tametsi ambesæ ac erosę partes fuerint irreparabiles, vt futurum etiam erat de reliquis, nisi Medici cõsilio acquieuisset.

Rubor faciei. Faciei ruborem tollit succus & spissamentum, in quò tenue linteolum intinctum sit, maxillisque applicatum. Idem pręstat olei Nicotianę vnctio, & aquæ eiusdem ablutio.

Dẽtium dolor. Dentium dolorem à vento aut frigore natum globulus ex Nicotianę foliis viridibus aut siccis compactus, atque ore contentus (probè tamen abstersis prius dentibus linteo quod illius succo maduerit) admodum mitigat, omnemque putredinem tollit: quod tamen remedium frustra adhibetur, si dolor causam

habeat

habeat calidā Aqua etiā stillatitia Nicotianę dentes dolētes vtiliter abluuntur.

Ad gingiuas exulceratas & aphtas fit mixtura cum melle rosarum & succo granatorum acidarum, quę mundificat, abstergit & incarnat. Gingiuarū vlcera & aphtæ.

Gutturis ex rheumate refrigerati dolores, aliosque ex causa frigida corporis affectus, folia sub cinere feruido calefacta & loco dolenti applicata mitigāt. Poteritque ex eiusdem Herbæ decoctione, vel per se, vel cum aliis ad hunc affectum appropriatis fieri gargarismus. Brāchos.

Pectoris aut thoracis affectibus mirificè cōducit, atq; iis qui purulēta excreāt. Asthmaticis quoque, & aliis morbis inueteratis, si decoctio fiat ex saccharo, & purgato vētriculo exigua quātitate diebus aliquot repetitis sumatur. Sic folia Peti ex aqua cocta admixto saccharo, vel potius expressus foliorū succus, in syrupū, julepū vel apozema percoctus, ieiuno stomacho duarū aut triū vnciarū pōdere quotidie sumptus, spirādi difficultatē, inueteratā tussim lenit; crassos, viscosos putridosque Thoracis affectus. Asthma. Tussis inueterata.

humores educit, ægro tamen vniuersè prius & integrè purgato. Poterit etiam fieri ſyrupus alijs pectoralibus folijs Peti aut Nicotianæ adiectis, ceu glycyrrhiſa, vuis paſſis, iuiubis, carycis, prunis dulcibus, dactylis, herbis etiam ad hos affectus appropriatis, capillo Veneris, adianto, ſcabioſa, praſſio & ſimilibus: ceu.

℞. Capill. Veneris, adianti veri, praſſij, farfaris ana M. j. folia Nicotianæ numero ij. vel iij. paſſularum ſine acinis, hordei integri ana pug j. glycyrrhizę raſæ ʒ.ij. fiat decoctum ad lib.j. & dulcoretur cum ſaccharo & melle q.ſ.

Aliud magis attenuans & incidens. ℞ ſcabioſæ, marrubij, adianti, rutę murariæ ana M. 1. aniſi, fœniculi ana ʒ. 1. & ſ. carycas x. vuarum paſſularũ vnc. 1. folia Nicotianæ v. glycyrrhiſæ raſæ ʒ.ij. fiat decoctũ in libra aquæ mellis ad duarũ partium conſumptionem. Adde colaturæ oximelitis, ſyrup. capill. Veneris ana vnc. ij. oxymelitis compoſiti vnc. 1. miſce.

Idem præſtat aqua Peti cum aqua Euphraſiæ, quotidie ieiuno ſtomacho pota,

ta, vt expertus eſt D. Iarnacus Rupellæ Gubernator, (quem Nicotius habebat Regis Galliæ cōſiliorum ac negotiorum conſcium) quem in primis herbæ huius participem eſſe voluit. Hic ergo regijs epulis vna cum Legato accumbens, Aſthmaticum hoc modo ſe omnino curaſſe affirmauit. Aegros nonnullos Aſthmate vexatos, ſcribit Nicolaus Monardes, ex India Occidentali aut Peruana regione redeuntes obſeruaui folia viridia mandentes, & ſuccum inde promanantem ſorbentes ad purulentas materias expellendas: qui licet inebriarentur, plurimam tamen vtilitatem inde ſenſiſſe apparebat, cum ad pus, tum pituitam pectori inhærentem educendam.

Idem efficit Peti exſiccati puluis, ſi quantum pollice & indice digitis comprehendere poteris, ad radicem linguæ ad partem palati detineas per aliquam temporis moram (cauendo ne puluerem deglutias) vnde poſt breue temporis ſpaciū, ſenties humoris Phlegmatici copiā ab ore diffluere, quæ durabit donec me- Pulueris Nicotianæ vſus.

diocrem humoris aquosi discũ impleas. Tandẽ vbi satis fluxisse videatur, vino albo prẹstãti os ablues, idq́; singulis diebus matutino tẽpore ieiuno stomacho iteralis. Quod si id molestius sit, alternatim tertio die repetes, cummodo generalia prius ex arte præmissa fuerint. Eodem modo affectibus pectoris partibus adiacẽtibus, seu pulmoni, æsophago, gurgulioni, ex affluxu humorum laborantibus vtilis est.

Vẽtriculi dolor. Ad oris vẽtriculi ex humoris redũdantis copia, in ipso nati vel aliũde affluxi passiones, doloresq́; eiusdẽ inueteratos, aut renum antiquos præter naturam affectus, membra insuper ex longo ac diuturno morbo contracta, summopere cõducit pulueris exsiccatorum foliorũ Nicotianæ instar apophlegmatismi vsus.

Cruditates. Nicotianæ folia magnopere cõmendãt occidentalis Indiæ mulieres, quod tam infantiũ ac puerorum quam adultorum stomachi cruditates tollat, ac flatus dissipet, cõcoctionem restituat, ventrẽ emolliat, si prius oliuarũ oleo inũgatur, & fo-

lia

lia ſub feruido cinere calefacta vẽtris regioni applicẽtur, & quoti s opus erit renouentur Cinis vero nõ diſcutiatur, ſed etiã nouus aſpergatur, ad maiorem efficaciam.

Imo ſi eiuſdem folia ſimiliter apparata ventri cibo potúue obruto admoueas, crapulam, nimiamq́ue repletionem non parum remouebis. Eadem ratio eſt pulueris foliorũ exſiccatorum, ſi quantũ indice & pollice comprehenderis, cochleari vno vel áltero aquæ vitæ, cum lecto incumbere volueris, admiſceas. Tollit enim crapulam, tum & ſomnum conciliat, & pituitam reſoluit. Crapula

Qui animo linquuntur, priſtinas vires ſtatim recipiunt, ore ac naribus hauſto foliorum ſuffitu, vel puluere naribus per cannulam aut tubulum attracto. Syncope

Ventris, aluiq́ue torminibus, colico dolori, aliiſq́ue à flatibus, ventoſitatè, aut frigore morbis, mirificè proſunt, ſi eadem calidiſſimè admoueas, ſæpiuſq́ue repetas, donec dolor ſit remiſſior. Colicus dolor.

Ad

Ad idem valet & puluis foliorum ex ſiccatorum cum vino albo alióue liquorum, cum indormire volueris ſub noctẽ ad ſemidrachmæ vel vnius drachmæ doſim plus minuſúe aſſumptus.

Iliacus dolor.

Simili vtendi ratione, iliaci quoque dolores foliorum vſu ſubleuantur. Neque erit alienum in clyſterum decoctionibus eiuſdem Herbæ folia alijs admiſcere, velut in emplaſtra & fomenta, quod magno emolumento futurum ſit.

Verbi gratia R. Mercurialis, rutæ, altheæ, centaurij minoris ſingul. Manip. 1. Hyſſopi, calamenthæ abſynthij M. 1. & ſ. fol. Nicotianæ vj. Radicis altheæ vnc. ſ. ſeminum lini, fœnogræci ana drac. iij. ſeminis cumini, aniſi ana drac. j. & ſ. bulliant in aqua iuſtæ quantitatis donec tertia pars abſumpta fuerit. Deinde accipe iuris decocti, colati lib. j. hieræ picræ vnc. ſ. benedictæ laxatiuæ drach. vj. Butyri recentis, mellis roſacei colati ana drach. vj. oleorum rutacei, anethini ana vnc. j. & ſ. ſalis vulgaris. drachm. j. commixtis omnibus fiat clyſter.

Ni-

Nicotiana ſi cum Fumo terræ diſtille- Hepar.
tur mirificè prodeſt ad omnes hepatis affectus. Aduertēdū tamē vt minor ſumatur fumi terræ quā Nicotianæ quantitas.

Succus Peti foliorū cum pauculo aceti contuſorum, vel eorum ſpiſsamenta, quę Splen.
Gręcis στιμάτα dicūtur, loco dolēti ſplenis aut lienis è cauſa frigida obſtructi & indurati, matutino tēpore à frictione ad mota, eundē ſoluit & emollit. Poſt frictionem vero folium ex cinere calefactū, aut linteū ſucco madidum applicari debet. Alij loco ſpiſſamentorum, vnguentis eidem malo idoneis vti ſolent, quibus ſuccum admiſcent, eiuſque folia ſuperaddunt, qua ratione duros ac inueteratos tumores diſſolutos conſtat.

Hydropicis mirificè opitulatur pota Hydropſ
quotidie ieiuno ſtomacho aqua ſtillatitia. Porro ſicca Peti aut Nicotianæ folia ſi prunis ſuperimponas in cacabo, ac torreas, oreque fumum per cannam aut infundibulum capite & gutture probé tectus attrahas, tantum pituitæ ac viſcoſi humoris excernes, vt non ſecus ac diu-

turno

turno ieiunio attenuatus videri poſſis. Vnde videtur Hydropiſin nec dum confirmatam, eiuſmodi thymiamate eſſe curabilem, cum certe Aſthmaticis, quoſque inueterata tuſſis excruciat, & rheumaticis, qui craſſa, viſcoſaque multa excernũt præ cæteris mirè profuerit.

Lũbrici & vermes. Succus foliorum Nicotianæ cõtuſę clarificatus, ſaccharo ſyrupi ſpecie cõmixtus, & mane exigua quantitate ſumptus, ventris lumbricos ac vermes eiicit: ita tamen vt contuſa folia linteo inuoluta ęgri vmbilico applices, atque ex lacte & ſaccharo clyſterem iniicias.

Hemorrhoides. Eſt etiam puluis eiuſdem vel per ſe, vel cum aliis lenitiuis mixtus pręſentaneum remedium ad hemorrhoides: nam illas omnino curat.

Vterus. Nec minori efficacia vteri dolores pellit foliis prædicto modo ſub feruido cinere calefactis, & vmbilico admotis, qui prius tamen vnctus ſit oleo, in quo ſuccus horum foliorum bullierit. Suffocatio matricis. Suffocatio vero matricis recepto per pudenda foliorum ſuffitu tollitur.

Iſchia-

Iſchiadicis dolor lenitur ſi oliuarum oleo perfrices, & vnicum Peti folium igni extinctum apponas.

Idem códucet in omni arthritidis genere à frigore nato. Sunt qui eius folia ſingulis diebus mane à ieiunis mandi iubent, vt podagræ doloribus liberentur, quod multam pituitam in os proliciat, inque partes inferiores fluere prohibeat: quo fit vt foliorum exſiccatorum puluis preſeruet á podagra eos qui per circuitus pedum doloribus vexantur, ſi ipſo Peti foliorum exſiccatorum puluere in vtranque narem iniecto vſi fuerint. Similiter qui iã podagra cruciãtur, ſumpto inſtar Errhini puluere dolorẽ remiſſiorẽ, morbiq; decretionẽ manifeſtè ſentiẽt, donec viciſſitudine tẽporis ſepiſſimè illo vtẽdo prorſus liberẽtur. Poteſt etiã inſtar apophlegmatiſmi puluis in ore detineri: nã vtroq; modo magnã humoris copiam ex capite trahit, ac diuertit ne in partes fluxioni obnoxias labatur. Deniq; cuilibet corporis particule ex cauſa frigida laboranti, folia recentia ipſius Peti calide appli-

Iſchias.

applicata frigiditati resoluendæ conueniunt: nam dolorem penitus auferunt, et validissimè resoluunt, vel per se applicata, vel cum alijs ad eundem scopum facientibus appropriata, vbi forti resolutione opus est: veluti.

Recipe, sagapeni, bdellij, elami, ana drachm. j. dissoluantur in aceto: & sub finem adde foliorum aut puluerum Peti exsiccatorum vnc. j. olei camomœlini vnc. j. ceræ quod s. Fiat emplastrum secũdum artem: hoc enim potentissime resoluit, doloremq́ue sedat. Poterit etiam fieri hac forma.

℞. tacamahacæ, carannæ, ana drach. iij. dissoluantur secundum artem in vino vel modico aceti fortissimi: postea adde pulueris Peti drach. vj. olei liliorũ, cairini ana drach. v ceræ q s. secundum artem fiat emplastrum.

Tumores Apostemata. Perniones.

Ad hæc tumores, apostemata, inflationes: adde & puerorum perniones, vel quiuis pruritus, adhibitis Peti folijs, vel succo ipso tepido cum spissamentis, vel etiam linteo ab his madido sanantur.

Humo-

Humores enim resoluunt & dolores sedant. Perniones quidem vt curet, debet locus affectus succo inungi, & spissamẽtis confricari, sed immissis prius pedibus aut manibus, si & his gelu insit, in aquam quæ sit calidissima, cui pauxillum salis inieceris, quod sæpius profuisse compertum est.

Ambusta quoque Nicotianam sanare certa experientia constat. Compotor quidam vitrum quod manu tenebat ceruisia plenum dum seruare vult integrum, in ignem concidit, manum sibi amburens. Ibi mulierculæ collatis consiliis post horam vnam atque alteram lutum applicant, quo nihil adeo dolor leuatus est, vt nec interdiu nec noctu quiescere potuerit. Itaque animi ac doloris impatiens, matronam quandam Antuerpiensem consulit, quam Nicotianæ vires probè nosse aliquoties audierat. Illa ambustionis oras puluere aspergens, dolori opem ferre tentabat, sed toto triduo parum proficiens. Cum porro grauissimè diuexaretur, doloris impatientia despe- Ad ambusta.

rans æger, hinc auxilij quidpiam expe-ctandum, clam ſubinde Matronę obmurmurabat, quod Herbæ vires ſuo in corio periclitaretur, iubebatq́ue omnino lenientia pharmaca adhiberi: quibus cum nihildum dolor miteſceret, reuertitur: eandem obteſtans, vt qua primum cœperat medendi ratione pergeret. Illa vero pro pietate ſua morem gerente, puluere aſperſo intra triduum ægrum curauit.

Vulnera inueterata. Vulnera maligna & cācroſa Scabies. Lichen. Scrophulæ.

Porro ad vulnera inueterata, vlcera maligna, cancroſa, ac ſerpentia, Noli me tangere, ad ſcabiem, impetiginem, lichenes, ſcrophulas, bubones, ſuppurationes σαρκωματὰ, aliaq́ue id genus prope innumera, mirè efficax eſt, ſucco cum ſpiſſamẽtis dolenti loco applicato.

Vulnera cruenta.

Vulnera quidem recentia niſi ſint iuſtò profundiora vnico die perſanantur, foliorum Peti ſucco & ſpiſſamentis. Quod ſi in præceps profundum ſit vulnus, vt ſic loquar, vino ablui poteſt, & faſcia ex prædictis madefacta reuinciri. Imo profuerit ad curationis compendium, vulnus

cum

cum intus, tum foris eodem ſucco abluere ſedata prius inflammatione. Non ita multò poſt quam Vlyſſiponę innotuiſſet Legato ſupradicto Nicotiana, coquorum eius quidam pollicem fere totum ſibi abſciderat. Oeconomus confeſtim ad Nicotianam confugit, qua aliquoties vulneri applicata, Coquus integrè ſanatus eſt. Atque hinc in precio cœpit eſſe Vliſſiponæ, vbi tunc regia erat, diciq́ue Herba legati. Eadem ratio eſt contuſionum, & quaruncunq́ue læſionum: quibus præter ſuccum cum ſpiſſamentis non aliud adhiberi ſolet, loco tantum affecto faſcia deligato. In primis vero obſeruanda eſt victus ratio, cui ſi opus ſit accedat idonea purgatio, vt haud ſemel compertum extitit.

Quin & ad ſiſtendum profluentem immodicè ſanguinem, ſiue è naribus, ſiue è vulnere, aliaûe læſione, inſignes vires oſtendit Nicotiana, adhibito tantũ ſucco cũ ſpiſſamentis ad vulnera, naribus Sanguinis profluuiũ

vero ſucco reſorpto, aut puluere per cã-
nulam aut tubulum per nares attracto.

Vlcera ſordida luis venereæ.

Ad vlcera ſordida luis venereæ abſter-
genda & conſolidanda, ac in delicatiori-
bus, præcipuè ſi pars vlcere laborans ex-
quiſito ſenſu prædita ſit, ſummopere cõ-
ducit decoctum Peti gargariſatum, aut
alijs admixtum: quale remedium habes
in Iulij Palmarij opuſculo de morbis cõ-
tagioſis ℞ Hordei integri p.ij. Eupato-
rij, Nicotianæ, Plantaginis, Morſus Gal-
linę Roſ. rub, ſingul M.j. Decoquito in a-
quæ libris iiij. ad lib. iij. & percolato: tum
admiſceto mellis roſat. & ſyrup. roſ. ex-
ſiccatarum vtriuſque vnc. iij. aluminis
vſti, calchanti vſti vtriuſque drach. ſ. Hoc
remedium egregiè ſiccando extergit, at-
que ad ſanitatem vlcera perducit.

Vlcera antiqua.

Capitis tineam, brachiorum, crurum,
aliarumque partium, vlcera quantumli-
bet vetera, putrida, & in gangrænam ver-
gentia ad cicatricem perducentur, ſi vi-
no albo aut lotio prius abluta, & madi-
do linteo abſterſa, vnico folio viridi vel
duobus contuſis, vna cum ſucco ſuo (quo
& ſeor-

& seorsim vti licebit) perfundantur, ac sindone colligentur, diebus aliquot continuata hac medendi ratione ad perfectã vsque mali curationem. Si folia viridia deerunt, aspergantur resiccatorum puluere, prius tamen ex cõsilio Medici purgato ægro, & si res postulabit vena secta, victusque certa ratione habita. Neminem vero turbet si viderit vlcus ipsum paulatim amplius euadere: sic enim absumetur quidquid est vitiosæ carnis: laudabilis vero succrescet citra Chirurgi, vel alterius vllius medicamenti opem.

Nobilis quidam, pater vnius è Legati Nicotij pedissequis, audita huius Herbæ fama Vlyssiponam venit. Depascebat ei vero crus alterum inueteratum vlcus totum iam biennium. Is cum Herbam pręscripta ab ipso Legato sibi ratione per dies decem aut duodecim adhibuisset, dextro Æsculapio sanatus domũ rediit.

Iuueni cuidam malarum alteram depascebat vlcus fœdum ac difficile, quod & ipsam nasi cartilaginem iam inuaserat. Itaque primus Herbæ huius pericu- Ad lentiginem prauam.

lum fecit inſcio Legato. Spiſſamentis vero ſuccoque vlceri admotis, incredibile leuamen ſenſit atque adiumẽtum. Quod vbi per aſſeclam ſuum quendam vlcerosi affinem reſciuit Legatus, iuuenem ad ſe vocauit, atque ſeruata per octiduum eadem medendi ratione, ipſum Noli me tangere ſtirpitus deleuit. Interim vero dum medicinam facit, identidem ægrum ad Regis Portugalliæ medicum primariũ amandabat, vt is medendi ordinem exploraret: qui octiduo poſt à Legato accerſitus, & vlceroſi faciem contemplatus, Noli me tangere extinctum, ac prorſus emortuum palam aſſeuerauit: quod & res ipſa clarius docuit, iuuene nullas penitus mali reliquias poſtea ſentiente.

Mulier quædam horrendum in facie lichenem (laruatam dixiſſes) intra octiduũ Nicotianæ beneficio perſanata domum rediјt, multorum in conſpectu immenſis Legato actis gratiјs.

Cui alienum non ſit, annectere exemplum inſigne, cuius & Monardes meminit libro de medicamentis ſimpl. quę ex

nouo

nouo Orbe adferuntur. Matrona, inquit, quæ curam gerebat filiæ cuiuſdam Equitis Hiſpalenſis, non immemor eorum quæ ſepius de Nicotiana multis audientibus prædicaueram, puellam ſuæ fidei ac cuſtodiæ concreditam (cui caput veluti tinea quadam impetiginoſa fœdum erat, cuíque ego & alij non paruam curam fruſtra adhibueramus) Nicotiana à me petita curare aggreſſa eſt: nec operam luſit. Nam cum ſcabiem Nicotianę folijs aſperè adeo perfricuiſſet, vt prę dolore aliquoties eodem die puella animo linqueretur, poſtridie, nihil eius dolores aut clamores morata, eandem curationem repetijt, donec decidẽtibus paulatim ſquamis, puella ſanata ſit, quanquam dum aduerteret ſquamas decidere, paulo mitius caput eius fricuerit.

Militum dux quidã filiũ ſuum, quẽ Strumis aut Scrophulis miſerè afflictũ in Gallias ablegare decreuerat (quod id morbi genus ſolos Gallię reges curare poſſe vulgo perſuaſum eſſet) Legato ſtitit, qui & Ad Scrophulas.

in hoc Nicotianæ ſuę vires periclitatus, diebus poſt paucis iuuenem ſcrophulis omnibus liberauit. Modus autem curandi hic eſt: Ex foliis Nicotianæ contuſis ſuccum cum ſpiſſamentis faſciolis lineis reuinctum, nouies aut decies applica.

Ad vrticæ ictus. Nicotianæ ſuccum aut ſpiſſaměta, aut folium viride ex fricatione madentem, ſi quis manibus, aut corporis loco ex vrticæ contactu aduſto, applicauerit, confeſtim læſionis dolorem amotum, ac prorſus ſublatum ſentiet.

Verruca. Verrucis tollendis profuerit ſuccum Nicotianæ cum ſpiſſamentis applicare, facta primum ſcalpello quadam ad ſanguinem apertione, vel vnguento Nicotianæ foliis locum affectum inungere, quod compertum eſſe ſcimus. Idem forClauus. taſſe cenſendum fuerit de clauis, qui pedum articulis innaſcuntur.

Carbunculus peſtilens. Sic & peſtilentiſſimo carbunculo cuiuis, applicatus Peti ſuccus remedio eſt actutum.

Ictus & morſus venenati. Valet & ad ictus, punctiones & morſus venenatos, ſimiliter vſurpatus.

Reme-

Remedium quoque præſtat rabidorum canum morſibus, ſi ſtatim vel quadrante horæ poſt inflictum vulnus adhibeatur. Rabidorũ canum morſus.

Confert & Indis quos Carybes vocãt, quibus eſt antidotum ſingulare ad venenata hoſtium tela. Etenim profecturi in militiam, geminas ſecum deferunt ceruorum ſoleas: in altera quidem toxicum præſentiſſimum, quod ſimulatque cutem aperuerit, vt ſanguinem attingat, necem præſentiſsimam infert: in altera vero Peti huius ſuccum, quo adhibito à mortis periculo immunes ſe experiuntur: ſi deſit viride, exſiccato vel in puluerem contuſo vtuntur. Huius rei omnium primi periculum fecerunt Indi Carybes in Sauinà prouincia, vbi dato conflictu, cruenta ipſorum ſtrages edita fuit. Cum enim ſuo more vulnera venenata ſublimato curarent, hoc deficiente expreſſus è Peti foliis ſuccus adhibitus, confeſtim dolorem cum veneno ſuſtulit, eoſque penitus ſanitati reſtituit: cuius & in Hiſpaniis periculum factum eſt non ſemel. Tela venenata. Ad toxicus.

Veterinaria.

Prçterea folia aut ſuccus cum ſpiſſamentis omne læſionum genus brutis animalibus illatum curant, ac vermiculos putridorum vlcerum necant. Malũ etiam ſerpens in equis inſtar ſublimati curant.

Equorũ & iumẽtorum ex attritione læſiones.

Tollit & æquorum tibijs innaſcentes poros ſiue callos. Iumenta clitellaria à ſarcinis attrita, aut grauius læſa, etiam ſi vulnus aut vulnera in cancrum vergãt ſucco aut ſpiſſamentis Peti exhibitis, vel exſiccatæ eiuſdem Herbæ puluere, citra vllam alterius medicamenti opem ita perſanantur, vt haud opus ſit ab incepto itinere deſiſtere.

Antihelleborum

Helleboro porro antidotum eſt Petum. Solent autem vti helleboro venatores Hiſpani, quod feris interimendis præſentiſſimum ſit toxicum. Cuius rei veritatem exploraturus Rex Catholicus, iuſſit caniculam quandam à venatoribus in gutture lædi: in vulnus vero helleborum immitti: paulò poſt & Nicotianæ ſuccũ cũ ſpiſſamentis, apteq́ue omnia reuinciri, atqui non ſine vehemẽti omniũ admiratione canis incolumis permanſit.

Experimentum de cane infecto veneno.

Non

Non absimile accidit superiori hyeme Antuerpiæ, vbi Matronę cuiusdam feli, quod esset furacior, bolum toxico mixtum quidam propinauit. Cum autem stare iam loco nesciret, sursum, deorsumque cursitaret, haustumque venenũ euomere frustra conaretur, animaduertens Matrona, modum inuenit quo aperto ipsi rictu globulum è succo Nicotianę folio butyro compactum ingereret, à quo paulo post exhibitum toxicum euomuit, ac seruata est. Experimentum ad venena.

Hactenus de Peto masculo. Fœminæ autem vsus & facultates pene eædē sunt quæ masculi: adeoque deficiente mare fœmina vtimur, iuxta pręscriptum à nobis supra medendi ordinem. Nicotianæ fœminæ vsus.

Hoc tamen aduertendum, quod Peti fœminæ folia in clysterum decoctionibus adhibita, mire prosunt ad dysenteriam, balsamumque ipsius nulli pharmaco cedit, in cancri curatione: vberum pręcipuè. Ad vberum ex cãcro curationem

Tertium Peti genus, quod alij Hyoscyamum nigrum, alij luteum inscribunt, quali- Tertium Peti genus.

qualitatibus & natura est Nicotianę cõtrarium: ideoque malè faciunt, qui eo perperam pro vero vtuntur. Poterit tamen ipsius vsus esse in reprimendis fluxionibus calidioribus, atque in apostematibus calidis ex parte resoluẽdis: tum & in cancro feruorem atrę bilis compescere potest. Ioan. de Vigo cap. de Hernia vtitur Hyoscyamo ad resoluendum.

Mirum est, inquit Monardes lib. 3. de medicam. simplicib. quę ex nouo Orbe adferuntur, quam insignes & varię Tabaci, aut Nicotianæ vel Peti facultates, singulis adhuc diebus detegantur: nam pręter recensitas, totidem inquit adhuc proferre possem, quas postea & referentibus aliis intellexi, & ipse obseruaui.

Succi Peti vires.

Succus Peti per expressionem ex folijs recentibus, ad vnciarum duarũ pondus epotus, vehementer supra & infra aquam atque pituitam purgat, ideoque Hydropicis, morboque caduco affectis vtiliter administratur.

Aqua stillatitia.

Aqua etiam ex concisis Nicotianę foliis per alembicum vitreum distillatur,

quę

quę postea ad Solem rectificatur. Hęc certe præstantia sui cum ipso Herbę succo contendit, potissimum ad vulnera, tumores, perniones, & digitis sponte delapsos vngues loco affecto infusa, aut subinde panno linteóue excepta atque admota. Collige, inquit, Leo Suauius folia mense Iulio, contunde atque distilla in vase duplici vitreis organis, mox insola & conserua per annum. Hęc eadem aqua ad quantitatem vnius vel sesqui vncię pro virium robore ieiuno stomacho per os sumpta, confert ad asthma tussimque inueteratam.

Oleum vero per infusionem, vt vocãt, hoc modo comparatur R. Folia in particulas lacerata aut dissecta: bulliant in oleo oliuarum, quod tum coletur & exprimatur reiectis foliis: tum recentia folia infundantur, & in phiala Soli exponantur, vel coquantur ad succi consumptionem. Scabiei vulneribus & vlceribus confert, dolorem capitis aufert, cutisque tollit fœditatem. *Oleũ per infusionẽ*

Poterit etiam elici oleum ex seminibus *Oleum ex seminibus.*

Nico-

Nicotianæ, quod ad venena & morſus viperę in modica quantitate epotum mirificè proderit.

Oleum ſtillatium

Diſtillatur etiam oleũ per deſcenſum, vt loquuntur Chymici, in retorta vitrea.

Salis ex Nicotiana pręparandi ratio.

Sal artificio chymico è Nicotiana comparatur. Sunt autem ambo, tum oleum (per deſcenſum diſtillatum) tum ſal, ad morbos profligandos pręſtantiora, quam folia ipſa, vel ſuccus, vel puluis, aquaúe ſtillatitia. Quod nimirum ipſius eſſentię tenuiſſimę ac pręſtantiſſimę ſint potiores è terreſtri materia ſecretæ, proximum atque immediatum ipſarum facultatum ſubiectum atque ſedes. Nemo vero eſſentię nomen aut deſpiciat, aut contumelioſè irrideat, ipſi quoque Galeno vſurpatum, & appoſitè rem explicans. Neque enim aliter intelligo, cum Herbas quaſdam eſſe dicit eſſentię craſſę tenuioris, ignec̨, &c.

Salis ex Nicotiana pręparandi modum ſic docet Iac. Gohorius Pariſien.

Primus modus.

Calcina Nicotianam, calcem diſſolue, transfunde filtra, euapora: erit ſal in vſu

cau-

caustico innoxius, minusque ad maligna vlcera dissoluenda corrosiuus. Itaque omnium vegetabilium communis extrahendi salis ratio hęc est. Herbam exure in foco scopis diligēter mundato. Alij prius insolant, alij in vmbra siccant. Exuratur autē donec in quodam veluti pane cohęreat: aut si vltra progrediaris ad incinerationē, plus Salis habueris. Postea in fictili plumbato aqua purissima cineri affusa ad ignem horis aliquot efferuescat: transfundatur in vas aliud, vbi fæces subsidāt. tum coletur panno lineo: colaturā redde igni lento paucorum carbonum, quo exhalet aqua, & Sal in fundo subsidat.

Alter modus est subtilior. Herbā exsiccatā in fictili recluso exure longo & valido igne in cinerem albissimum, qui color est perfectę calcinationis index. Tū efferuescat in aqua pluuia vel stillatitia, in vase vitreo, in cineribus cribratis. Efferuescat vero ad consumptionē quartæ partis aquę. Deinde subsidat aliquandiu. Effundatur in aliud vitrum, & immissis filtri linguis nouis & recentibus purissimis per- (Alter modus.)

percolabitur aqua pura & ſalſa in ſubiectum receptaculum. Quod filtrum tranſierit euapora igne ſuaui in vaſe vitreo, et ſal reſtabit in fundo clarus & ſincerus.

Tertius modus. Tertius modus eſt exquiſitiſſimus. Collige Herbam, tere viridem, diſtilla aquam per alembicum. Fœces igne moderato calcina in occluſo vaſe, quouſque in cinerem vertātur: ſitq́ue ignis cautio, ne materia propriam & radicalem humiditatem amittat, quæ non poſſet niſi vitrificatoriam dare fuſionem. Redde aquam ſuæ terrę, quam vorabit ſitibunda. Digeratur in fimo vel balneo dies aliquot, effunde, vt ſupra, ne fœcibus turbetur: deinde filtra: poſtremo quod filtratum eſt euapora. Hi ſunt varij modi conficiendi Salis artificioſi, non ex Nicotiana tantum, ſed ex omnibus etiam vegetabilibus quæ ſub ignem cadunt, quorum vſus eſſe poteſt mirificus in delicatioribus curandis, quiq́ue ab omni medicamento abhorrent: eo ſale in iure carnium, aut in vaſe ſalino ad condiendas epulas immiſſo.

Huc

Huc referri poteſt quod celebris noſtræ ætatis Medicus ac Philoſophus, Leonardus Fiorauantus in Phyſicis obſeruationibus ſcriptum reliquit. Sumpſi, inquit, cum radice & ſemine Nicotianam, omnia in mortario tundenda curaui: folia pendebant vncias liiij. condidi putrificanda in fimo equino diebus xxx. atque ne putreſcerent ſalis nõnihil adieci, cum aquæ vitæ vnciis vj. Tum diſtillari iuſſi in Balneo Mariæ ad omnis humiditatis extractionem: vtque melius ſeruari poſſet, addidi tantum olei ſulfuris, vt iam ſapor aceſceret. Hac vero compoſitione variis in rebus vſus ſum. Febricitantes, quocunque tandem febris genere, hauſta cochlearis menſura valetudinem recuperabant. Vulnerati aut aliter læſi, ſi bibebant, vel ſua vulnera his inungebant, non ſine multorum admiratione curabantur.

Aqua cõpoſita.

Conficiuntur præterea vnguenta ex Nicotiana variè: tametſi Herba per ſe ſumpta longe ſit efficacior.

Vnguentum ex Nicotiana.

℞. Foliorum Nicotianæ pulcerrimorum,

rum, maximorum, viridiorum, ac resinæ prę cęteris abundantium, ab omni spurcitia & puluere diligenter expurgatorum, nequaquam externa pluuia aut rore humidorum aut madidorum lib. I. Pistillo ligneo in mortario marmoreo aut ligneo contundantur. Huic axungię dulcis prępiaratę, hoc est ab omnibus suis membranis expurgatę & liquefactę in vase ęneo lib. ſ. Cui adijcies spissaméta & succum ipsius Nicotianę contusę. Coquantur & bulliant simul sub tripode in cacabo ęneo, paruo & lento igne, prunis nimirum tripodi subditis, aut in balneo Marię, donec succi aquositatem euanuisse ac defluxisse conspicias, ac reliquum vnguenti consistentiam induisse. Aut

Aliud. Poterit fieri vnguentum ex multiplici infusione foliorum Nicotianę in oleo rosaceo, ter, quaterúe renouando folia in balneo Marię, addendo expressioni tantundem succi eiusdem Herbæ & cerę quod satis fuerit: & fiat vnguentum

f. artem . Vel sic.

R. succi Nicotianę lib.j. olei communis, ceræ nouę, resinæ pini ana vncias ij. olei Hypericonis vnciam j. Bulliant lento igne per tres horas. Adde colaturæ terebinthinę vncias ij. Bulliant ad consistentiam vnguenti. Valet ad vlcera vetera luis venereæ, ad cancrum, scrophulas, vlcera ceu maculas ex igne per hyemem contractas, perniones, fissuras etiam manuum. Pręcipue, si locum affectum prius virenti Herba frices, & aquę salsę calidę imponas, ac deinde dicto vnguento perungas. Aliud.

R. Picis resinę, cerę nouę, terebinthinę ana vncias iij. liquescant ac bulliant simul in ęnea patella subiectis prunis, liquatis ac feruefactis omnibus adde succi & spissamentorum Nicotianę lib.j. Bulliant omnia simul per quinq; aut sex horas lento igne in tripode aut vase duplici: id est cacabo bullientis aquę pleno: moueantur assiduè, donec Aliud.

aquoſitas omnis euanuerit: reliquũ vero condenſatum ſit ad vnguenti formam. Tum exprimantur per linteum craſſum aut cannabinum, iterumq́ue reiiciantur in patellam adiecta ſemilibra terebinthinæ Venetæ, ita tamen ne bulliant, ſed ſedulò moueantur. Tum refrigeſcant & reſeruentur in vſus.

Aliud. Aut ℞. foliorum Nicotianæ contuſorum lib. j. ceræ flauæę, terebinthinæ, olei oliuarum, picis, reſinæ albæ ana vnc. iij. Bulliant ſimul in teſta noua horis duabus ad conſiſtentiam vnguenti, deinde modica quantitate in vſum applicetur in aluta aut linteo ſubtili.

Sunt qui in deſcriptione vtriuſque vnguenti contuſæ Nicotianæ ſpiſſamenta non addunt, ſed tantummodo percolãt, ac per craſſum linteum exprimant, ſeruato duntaxat ſucco, quod non probatur. Eſt autem vnguẽtum primum multò efficacius ad vulnera, cancroſa vlcera, lichenes, impetigines, faciei tubercula, quod maiorem multò abſtergendi reſoluendiq́ue vim habeat, quod eſt Nicotia-

næ proprium, ſi non alia obſtent illi adiuncta commixtaque medicamenta. Poſterius vero præſtantius eſt ad conſolidãdum vulnera, & reparandam carnem, ad reſoluenda apoſtemata, mitigandoſque dolores, & id genus alia. Otioſum autem Iacobo Gohorio videtur & ſuperuacaneum ceram nouam, reſinam, oleum cõmune, terebinthinam addere, cũ ex iſtis vnicum ſufficiat pro ratione viſcoſitatis Nicotianæ. Tanta enim ſimplicium congeſtio, quot in iſtud vnguentum recipiuntur, ſolis vulneribus vnguenti vſum reſtringit, quod alioqui vlceribus cancroſis, impetigini, apoſtematis, lichenib⁹ &c. conuenire poſſit. Præter rationem eſt quoque Nicotianæ ſuccum ita omnem abſumere, vt præter ſpiſſamẽta cum peregrinis liquoribus nihil ſuperſit.

Non abſurdum eſt vnguentum ad vulnera ſclopetaria, cæteraque omnia accommodatum, cuius præparationẽ idoneam docet Ioſephus Quercetanus. ℞. ſucci Peti lib. j. Terebinthinæ vnc. v. oleĩ Hypericonis compoſiti vnc. viij. Vini al- Aliud ad vulnera ſclopetaria.

bi generosissimi li.s. Digerantur per octo dies, postea decoquantur ad vini cõsumptionem: tum adde colophonię cerę ana vncias iij. Mumiæ, Carabes, ana drach. ij. liquefiant rursus ad ignem, & fiat vnguẽtum vt artis est.

Aliud ad scabiem.

Iacobus Weckerus vnguentum ad scabiem curandam fieri docet hoc modo. ℞. Nicotianæ succi vnciam j. & s. sulfuris triti, salis, ana vnciam j. olei Nicotianæ, malorum aureorum vnciam j. Olei ceræ, Seui hircini ana vnc. ij. fiat vnguentum ex arte.

Aliud ad vulnera.

Aliud ad vulnera à quodam Gallo se accepisse Iacobus Weckerus tradit. ℞. Succi Nicotianę lib. j. Ceræ nouę, Picis resinæ, Olei communis ana vncias ij. Coquantur omnia simul vsque ad succi consumptionem, deinde adde terebinthinæ Venetæ vncias iij. Cola per linteum & serua in pyxide. Vulnera & vlcera indubiè curat.

His omnibus accedit quod ex Nicotiana componitur fragrantissimum balsamum,

mum, hoc modo.

℞. folia Nicotianæ q. voles: in mortario contusis exprime succum reiectis spissamentis: expressum succum cum æqua olei oliuarum portione in phiala vitrea Soli expone quam diutissimè, quæ diligenter obturata sit cera gummata, & membrana solida colligata: aut si mauis siste illam in lebete bullientis aquæ pleno, siue in balneo Mariæ, vel reconde in ventre seu fimo equino, ibidemque relinque totos quadraginta dies, renouato interdum fimo. Exactis diebus xl. reperies in phiala balsamum non minoris energiæ ad omnia, quam ipsius Nicotianæ quinta essentia. Balsamū ex Nicotiana.

Quin & aliud Balsami genus ad sclopetorum vulnera à Quercetano describitur in hunc modum. ℞. visci Herbarum Peti & Consolidæ ana vnc. iiij. Olei terebinth. lib. j. florum Hyperici & Verbasci, ana M. ij. Pomorum Vlmi vnc. iij. Acinorum populi arboris vnc. iiij Aliud ad sclopetorum vulnera.

Spiritus vini lib. j. ſ. Digerantur in fimo equino, vel relinquantur in calido hypocauſto in vaſe vitreo optimè clauſo per menſem integrum, deinde exprimantur & colentur. Adde thuris, maſtiches, myrrhæ ana vnc. ij. Sanguinis draconis vnc. ſ. mumię vnc. vj. terebinthinę lib. ſ. benioini vnc. j. Circulétur ſimul in pellicano octo dierum ſpacio, deinde moderato igne diſtilletur vini ſpiritus, & remanebit in fundo, precioſum balſamum.

FINIS.

COMPENDIOSA NARRATIO, SEV TRACTATVS de vsu radicis Mechoacan.

CASTORIS DVRANTIS, Medici & Ciuis Romani, in Mechoacan Epigramma.

MEchoacã cõfert stomacho, iecori, atq; lieni
Tergit, et obstructa istorũ, tũ roborat, atq;
Expurgat placidè pituitam, & denique bilem
Vtranque, & morbos à Regis nomine dictos,
Asthmaticosq; iuuat, & cõfert renibus, atq; his
Gallica dira lues quos vexat, longaúe febris:
Stranguria confert, coli, capitisq; dolores
Mitigat antiquos, mulcet, curatq; podagram:
Articulosq; iuuat cunctos, tum discutit omnes
Duritias stomachi, iecoris, pariterq; lienis,
Sanguinẽ & emundat, vtero tũ subuenit, affert
Auxilium cerebro & neruis, pestiq; resistit.
Hydropicorum vndas nullo purgare labore
Quaq; die, tum quaq; potest pariformiter hora
Et licet euacuet purgans, corroborat ipsum
Corpus, nõ lassat, reliqua vt medicamina, et ista
Quandocunq; voles sistes purgamina, vini
Si assumas albi modicum. Mirabile dictu.

RADICIS MECHOACAN vſus & praxis.

AB hinc annis aliquot Indi Occidentales, Luſitani & Hiſpani radicem quandam ad nos miſerunt, quā Mechoacan nuncupant, quę vim obtinet expurgandi humores peccantes, eodem modo quo purgantia noſtra medicamenta: cuius generis ſunt Rhabarbarum, Agaricus Turbith, & alia conſimilia. Galli & Belgæ eiuſmodi rerum auidiſſimi, magni illam hactenus fecerunt. Nos paucis illius hiſtoriam, facultates & vires percurremus, quanta fieri poterit cum fide: vt videri poſſit, num tanti fieri debeat, quanti illam facimus.

Nominis ratio.

Radix Mechoacan nomē traxit ab eius regionis nomine, quæ Hiſpanię Nouæ prouincia eſt, in Noui Orbis Occidētali India xl. miliaribus ſupra Mexico Hiſpanię nouę metropoli, in qua primò reperta extitit: incolæ Chincicilā, Hiſpani vero, qui eā primum iuſſu Catholici Regis occuparunt, ā herba & radice Mechoacā nomē indiderūt. Eſt vero eadē prouincia,

fera-

feraciſſima auri, argenti, pecoris, fruméti frugum, exoticarumq́; plantarum, metallorum, gemmarũ, omniſq́; generis bonorum. Incolę ipſi bene colorati, neruoſi, robuſti, ac bene cõfirmata valetudine, propter aeris téperiem ac ſalubritaté, ſupra quã vſpiã apud Indos Hiſpaniæ nouæ ſit.

Origo autem eius notitiæ hæc eſt. Hiſpani rerum eius Prouinciæ potiti, dũ illã Chriſtianis propagare ſtudent, erexerunt in ea Franciſcanorum cænobium, monaſticè prorſus viuentium. Quorum Prefectus, quem Prouincialem Miniſtrum vocant, cum ex graui morbo decumberet, iamq́ue animam exhalaturus videretur, opera medici cuiuſdã Indi ex tépore ſanatus eſt, qui prędictæ radicis puluerẽ, idẽtidẽ ſumendũ illi prębuerat, vnde cõtigit vt permulti Hiſpanorũ attoniti hac tam fortunata curatione, ſimul atq; in morbũ incidebãt, puluerẽ illũ felicibus auſpicijs atq; ſucceſſu haurirẽt. Peruaſit itaq; Radicis huius exiſtimatio noméq; per totã prouinciã, decantatæq́; ſunt illius laudes sũmo cũ applauſu ab Hiſpanis & Luſitanis.

Vnde

Vnde & in has quoque regiones opera quorundam Mercatorum fama penetrauit, qui lucri ac quæstus auidi illā ad nos asportarunt.

Plantæ descriptio.

Huius radicis planta sarmenta promit tenuia, & quidem multa, longaque: quibus vicinis perticis, fruticibus, alijsque prope consistentibus circumuoluitur, & multiplici nexu implicatur. Folia magna è virore nigricantia, lata, acuminata, ad Smilacis læuis accedentia: sed maiora, nonnihilque aspera ac hirsuta. Semen creditur esse instar coriandri, nigrum, splendens, quod folliculo continetur, & Septembri mēse maturescit, Octobrique colligitur. Radix spissa est, & sua substantia grauis. Cortex colore cinericio internè candet, multis circulis distincta, gustu insipida & farinaceo: quippe quę nec acris, nec dulcis sit, nec amara, & odoris prorsus insipidi, omnisque medullæ expers. Nicolaus Monardes florem huius esse scribit veluti mali aureæ, ex quinque folijs maioribus compositum, è cuius medio instar lobæ capitulū exit ad auellanæ

lanæ nucis magnitudinem excreſcens, quod interſepiente tenui membrana in duas partes dehiſcit, in quarum ſingulis duo ſemina ciceris exigui magnitudine, colore nigra.

Seruatur autem hæc radix vt Rhabarbarum, lino pice illito, aut cera inuoluta: alioquin marceſcit, neque vltra biẽnium ſeruari poteſt.

Naſcitur, & in America continenti, velut in Nicaragua & Quito, noui Orbis prouincijs, quę pręſtantior habetur. Locus.

Eſt & alia agreſtis Mechoacan ſpecies, quę guſtu acredinem pręſefert, & domeſtica nigrior, quæ vehementius & cum moleſtia purgat: quare magis noxia. Omnium igitur præſtantiſſima eſt alba, quæ & compactior & ſolidior, grauiſque aliquantulum: non perforata, nec verminoſa, quę alborem ſuum ſucceſſu temporis amittit, fitque leucophęa, aut ſubnigra: atque in hoc apparet vtrum recens ſit, an vetus. Illa quidem alba eſt, hęc cõtra cinerea, & ad purgandum imbecillis: vel ſilueſtris: præſertim ſi linguam pungat,

gat, quæ cathartici vim habet.

Radix simillima est Bryoniç, cum colore, cortice ac rugis, tum etiã crassitudine quamobrem permulti Vitem albam hãc fecerunt: sed si vtranque radicem degustes, omnino diuersas perspicies. Nam Mechoacan si mandes, planè insipidam senties, nisi quod farinaceum quiddã sapiat, gustuq́; sit nõ acri, sed leniter astringenti. E contrario Bryonia, mordicãs est, imprimitq́; palato gustũ ingratũ admodũ Multo itaq; maiorẽ cũ nigra Vite affinitatẽ retinet, aut cum Turbith, saltẽ quò ad facultates, & maximè quod vtraq; glutinosa sit.

Nec desunt qui radicem istam Rha Indicum vocitent, eò quod videatur pari ratione attrahere pituitosos serososq́ue humores, atq; Rhabarbarum oriẽtale biliosos. Ad Scammoneũ magis accedit: & Scammoneũ quoddam esse Americanũ apparet: repit Smilacis modo Scãmoneũ radix & albida & crassa: succus exiguam qualitatem refert veluti Mechoacan.

Temperamentum

Temperamento est calida in primo gradu,

du, & ſicca in ſecũdo: cõſtat enim partibus aereis, ſubtilibus, & parte terreſtri, à qua ſtipticitatem, & aſtringendi vim habet: nam à purgatione membra interiora corroborat, & ab omni debilitate alienæ relinquit. His accedit etiã, quod internarũ partiũ, prȩſertim macerata, & infuſionibus admixta, obſtructiones recludat.

Commoda ab iſtius radicis vſu manãtia vel hinc colligere licet, quod ſumi illa poſſit quouis tempore, quod guſtu nõ ſit inſuauis, nec odore moleſta, nedum etiam aſpectu horrida aut ingrata, vt ſunt alia complura medicamenta. Adhæc nullam ſtomachi nauſeam mouet, nulla alia tormina excitat, non ciet vomitum vllum: tam leniter purgat, vt ne minimam quidem imbecillitatem, ſiue laxitatem, aliamúe ſimilem perpeſſionem ſtomacho adferat. Non reſoluit naturales facultates, non corpus infeſtat, ſed contra reparat, tamq́ue vegetũ illud reddit, ac ſi non medicina, ſed naturȩ noſtræ amica ac plauſibilis res foret, quod rarò vſuuenit in aliis medicamẽtis. Atque ita

puc-

pueris, senibus, ac decrepitis, aliisque quotquot à medicamentis abhorrent, sine vllo periculo, imo summo cum fructu ac felici successu exhiberi poterit.

Virtutes. Facultates purgandi quas obtinet, manāt ab occulta eius proprietate, quarum beneficio atque opera purgat electione, hoc est similitudine & affinitate substantiæ. Cerebrum mundificat & neruos, pituitosos serososque humores, potissimū autem phlegmaticos, biliosos, colicos, deinde adustos & atra bile infectos, ceu melancholicos: non tantum ventriculi, iecoris, splenis, & intestinorum, verum etiam capitis, partiumque pectoralium, & ipsorum articulorum. Quapropter confert diuturnis febribus ac morbis: in primis autē thoracis affectibus, asthmati, tussi inueteratæ, renum doloribus, lui venereę, hydropisi, podagrę, scrophulis, pano, phlegmaticis doloribus, cephalalgiæ inueteratę, dyspnœæ, matricis suffocationi, colicis doloribus, flatibus resoluendis, ileo, dysuriæ, ventris obstructioni, febribus mixtis, nempe à pituita simul

& bile

& bile natis, ephemeris, ſeu diarijs, tertianis nothis, denique omnibus morbis à frigida intemperie & humore natis. Adeoq́ue minus καυσῶ, ceu ardẽti febri, minus cholerę, atque alijs id genus calidis aut aduſtis morbis: nam etſi hos purget, inſignem nihilominus relinquit adhuc illis calorem: verumquidem quod in ipſo progreſſu vtilis eſſe poſſit, perpurgato iam ſubtiliore humore, ac relicto craſſiore.

Hinc eſt quod Ambroſius Pareus Gallorum Regis Chirurgus primarius, vir honorifico ordine dignus, correptus febri vrgente ad tertianam legitimam & non notham, cum in potione puluerem Mechoacan è vino albo iuſta doſi ſumpſiſſet, è tertiana ſimplice in duplicatam delapſus eſt: ex quo poſterius ſenſit eiuſmodi radicem morborum bilioſorum principijs ineptam eſſe.

E vino rectius quam in alio quopiam liquore adminiſtratur: corroborat enim, & ipſius operationes adauget, vomitumq́ue compeſcit. Quauis ætate & anni cõ-

ſtitutione exhibetur à ſemidrachma vſq; ad drachmas tres. Medicamentum facile ſumitur, operationes ſuas abſque moleſtia exercet, quod nec odore, nec ſapore polleat: atque hac ratione ab Indis Occidentalibus obſeruatum eſt adminiſtrari, quamuis poſtea diuerſis modis vſitatum ſit.

Modus autem adminiſtrandę Radicis, talis ſit. R. Radicis Mechoacan. drach. j. aut drach. ſ. aut etiam drach. ij. pro ætate, viribus, necnon ad concitandum facilitate illius qui ſumpturus eſt: conteratur, aut in mortario tundatur, ac in puluerem redigatur: ſed ſic, vt nec tenuior ſit, nec craſſior: deinde maceretur idem puluis in vini albi, ſi modo nulla ſit febris vnc. iij. aut in decocto aquæ cinnamomi, aniſi, fœniculi: aut in aqua endiuiæ, borraginis vel cichoreæ, ſi æger abſtemius ſit: aut in ebullitione pulli gallinacei, vel in iuſculo carnium, alióue liquore præſenti morbo congruẽte: veluti in aqua Betoniæ ad capitis dolorem: in aqua Matricariæ, ad matricis

affectus: & ſic de cæteris. Tum erit poſtridie bibenda ſub auroram vna cũ ipſo liquore & puluere: licebitq́ue tum ægro ad ſemihoræ vel horæ tempus indormire Quin & ſyrupum quem voles admiſce, modo ſit morbo accommodus. Nos interim non ſemel experti ſumus, quam ægrè admittat vllam ſyruporum, aliorũmue id genus mixtionum: imo nec cinnamomum quidem: ſed præſtat ſolam, ac ſeorſim alijs omnibus ſumi.

Dari etiam poteſt in infuſionibus, quoties iecoris aut ſplenis obſtructiones tollendę erunt: puluerem nimirum integram noctem macerando, ſed contuſum illum craſſe, minuſq́ue ſubtiliter, vino, alióue congruenti liquore: tum exprimendo, & matutino tempore liquorem ipſum duntaxat citra puluerem ſorbendo, in quem infuſa fuerit: ſed ſic augenda eſt pulueris doſis ad drachm. iij. aut iiij: alias fruſtra quidquam tentaueris, eò quod, quantum quidem exemplo didicimus, vis expurgandi, qua valet

hæc radix, magis in tota ſui eſſentia latet, quam in partibus ſubtilibus. Quam rem perſpexiſſe videtur Meſuæ in ipſo Rhabarbaro Orientali: ſtatuens, vt duas tantum Rharbarbari ʒ, ſumamus in ſubſtantia: quatuor aut circiter in infuſione. Iſtud quadrare poteſt huic radici, atque Rhabarbaro iam dicto, quod diutius hæreat in ſubſtantia, ſiue integra in ventriculo, quam cum iam macerata eſt, vel infunditur: vnde vehementiorem, diuturnioremque efficit purgationem.

Licebit etiam alia ratione puluerem Mechoacan præparare: confectis nempe ex amygdalis decorticatis ſaccharo, & ipſo met puluere panibus, vt loquuntur Martijs: qui conuenientiſſimi fuerint ad purgandos pueros. Vel in maſſa quam vocant Manus Chriſti condi poterit. Vtiliter etiam adminiſtrabitur cum duabus vnc. ſyrupi roſacei ſolutiui.

Poterunt quoque fingi pillulæ ex hoc puluere, ſed paruæ, & ſeminis Coriandri craſſitie, quo facilius liqueſcant in ſtomacho, nec eum ſua mora inflamment accendantque

dantque. Vel pillulæ reformatæ cum electuario roſaceo. Quod ſi voles vt puluis etiam articulos ipſos, aut iuncturas attrahat, formabis pillulas paulò craſſiores.

Proinde, neque ſilentio prætereũdum, vt priuſquam Mechoacan aſſumas, des operam vt Medicum conſulas, eiuſque conſilio humorem vacuandum pręepares, ac concoquas, incidendo vel attenuando frigidos, viſcoſoſque humores: deinde meatus ipſos (etiam ex Hippocratis ſententia) aptis remedijs aperiẽdo: alioquin puluis non adeo efficax eſt: veluti quotidie accidere videmus ijs, qui temere & inconſultè, non adhibita nimirum præparatione, iſto puluere abutuntur, verius quam vtuntur: apud quos malè audit & reijcitur, ſed iniuria; cum ſuapte natura bonos, laudabileſque effectus, corpore præparato ſumptus hic puluis producat. Quo die ſumitur, cauendum eſt à frigore, vento, nimioque cibo aut potu, ac luxu. Sumpta potione modicũ, vt diximus indormire licebit: ſed vbi iam operatur, ac vires ſuas exerit, temperãdum à ſomno.

mo. Nec opus est ebullitionem vllam sumere, postquam duas tresúe horas potionem hauseris: siquidem tam excellens præstansque, ac generosum est medicamentum, vt nullo pacto intestinis incommodet. Postridie si aluus cõstricta sit, nec euacuetur, irritanda erit & sollicitanda clysteribus, aut alio pacto. Quod si parum efficax sit euacuatio, repetenda erit, ac redintegranda toties donec leuamen aliquod perspicias. Neq; enim vnica euacuatione in morbis inueteratis satis effeceris: sed expedit sępius expurgare, quod quidem securè crebrius iterato huius radicis vsu præstiteris. Desinant igitur mirari, quod vnica euacuatione sanitati desideratę non statim restituantur: nam sępius purgare oportet, vt praui omnes humores ægritudinum fomites expellantur; vt vsuuenit in diuturnis, compositis & inueteratis febribus, in quibus vnica euacuatione medicus cõtentus esse non debet, sed paulatim cõcoquat, digerat & euacuet; pręsertim cum euacuatio tanta cum securitate perfici possit.

Quan-

Quantum ad ſymptomata & acciden-tia quę iſtius Radicis vſus accerſit, facile corrigi poſſunt: tametſi potiſſimũ naſcã-tur ab ipſis prauis humoribus, ac mala conſtitutione corporum, ſeu valetudine ſumentium, quam ab ipſius Radicis ma-ligna qualitate. Nam quod ad vomitum ſpectat, is cauſari poteſt à ſtomacho in hunc propẽſo ac facili, aut qui orificium habeat nimis ſenſile: aut etiam ab ipſa excrementorum & mordicantium hu-morum exuberantia, verius quam ab ip-ſo puluere ſua aſtrictione ventriculum reficiente ac reſtaurante. Non abſurdum tamen fuerit in talibus, imo conſultum huius pulueris maceratione, nonnihil cinnamomi adiũgere ad omnem vomi-tum arcendum. Siquis autem de vomi-tu timeat, oui aſſati vitellum ferui-dum in promptu habeat, quem digi-to atteret, & linea faſciola gulæ, fau-cibuſque reuinciet, donec medicamen-tnm vires exerat: tum enim vomitus pro cul dubio impedietur.

Pro certo creditur ad reprimendam

iam dicti pulueris, ſeu intenſam ſeu remiſſam operationem, commodè ſumi ebullitionem quandam, cibumq́ue omnem medicamenti attractionem cohibere: quod tamen non ſemper verũ eſſe, compertum habeo. Fateor quidem tunc nonnihil de calore ac ſiccitate exacta operatione decedere: cuius rei indiciũ eſt vehemens alteratio quæ reliqua eſt, ſed hoc commune illi eſt cum omnibus medicamentis purgantibus; quæ omnia calida ſunt quidem, ſed ita vt admixtis frigidis tollatur, ac emendetur. Adde etiam quod eiuſmodi calor ab humore calido & ſicco manare poſſit, vt in febribus ardentibus ac veris tertianis: potiſſimum ſi æger ſit ætate integra, & temperaméto calido ac ſicco, corpore item macilẽto & gracili: ſi æſtate, ſi in locis calidis aeriſq́ue temperie calida ſumatur hæc medicina: vbi nemini author eſſe velim, niſi prius conſulto Medico puluere hoc vti, ne forte in grauius malum incidatur.

Neque etiam inficias iuero, puluerem hunc exacta operatione alui duritiem quan-

quandam relinquere: ita vt non paucos viderim, qui totos ſex dies aluo duriore fuerint; verum & hoc illi commune eſt cum alijs purgantibus medicinis, præſertim Rhabarbaro: cui malo vt occurras, adhibe clyſterem poſtridie quo puluerē ſumpſeris, aut ſorbe ebullitionem è prunis aut ſaccharum roſaceum, quibus vēter laxetur aut lubricus fiat.

Hæc ſunt, optime Lector, quę tuum de Mechoacan iudicium poſtulant, quęque de iſtius Radicis vſu, vi, ac facultatibus cenſeri debent: quibus ſanè tutò vti poteris, ſi modo omnes bonitatis notas, quas ſupra inſignes commemorauimus, agnoſcas. Vale ac fruere.

FINIS.

GERARDI BERGENSIS Medici Antuerpiensis, de Pestis præseruatione Libellus ad S. P. Q. Antuerpiensem.



VI à peste præseruari cupiunt, ante omnia Domino Deo, in cuius potestate sunt omnia, sese committere debent, & ita viuere, quemadmodum velint mori: nam qui ita viuunt, mortem non timent, vnde timor, qui multorum morborum causa est, in ijs non operatur, nec corpora eorum disponit, vt pestem facilè suscipiant; sed in bona confidentia viuũt, à qua omnes vires ita roborantur, & spiritus excitantur, vt quibusuis causis externis faciliùs resistant.

Secundò diligenter obseruare debent omnia, quæ habentur in sex rebus non naturalibus: & deinde vt eorum corpora ab omni abundantia, & corruptela humorum sint pura; eorumq́ue partes omnes, & viscera ita corrigantur, vt de nouo humorem corruptum non generent. Nouissimè verò, vt suo tempore medicamentis quoque vtantur, quæ occulta proprietate vel manifesta venenositati pestis repugnent, quæ omnia ex ordine, quàm fieri poterit luculentissimè simul & breuissimè declarabo Hoc tamen priùs monitum volo, medicamenta destinata pesti, quæ alexipharmaca nominantur, parum vel nihil iuuaminis allatura ijs, qui malo regimine vtuntur, & prauis

abun-

abundant humoribus: nam vel eorum vis ab iis suffocatur, & extinguitur, vel propter obstructiones antidotus integris viribus peruenire non potest vbi debet operari.

Sed hæc in genere dixisse sufficiat: ad magis particularia descendamus: & primò qualiter aer tempore pestis rectificari debet, declaremus. Si passim homines peste corripiantur, atque aer infectus esse certò sciatur, nihil præstãtius fuerit, quàm locum fugere: quod si ob causas necessarias id fieri non possit; nihil conuenientius, quam magnos struere ignes, partim quidem super terram, partim in summitate domorum, cum patellis per fenestras ex circulis pice illitis, qualiter fieri solet in magnis triumphis, quod & Hippocratem fecisse constat, qui huiuscemodi ignibus nõ tantum aerem vnius ciuitatis expurgauerit, verùm etiã totius regionis. Quemadmodum enim calor cum humiditate omnis putredinis est autor; ita contrà calor cum siccitate omnem putredinem absumit & emendat.

Sint autem ignes ex magna congerie lignorũ quercinorum, quæ tamen in summitate domuum ligna aliquot iuniperi, lauri, vel similiũ arborum suauem odorem spirantiũ contineat, & vbique locorũ inter magnos ignes sint vasa picis ardentia. Isti ignes non solùm putredines absumũt, quæ sunt in aere corrupto, verùm impediunt etiã, quò aer minus corrumpatur: quod omnino faciendum esse suadeo antequam

aer sit

aer sit corruptus; nimirum quando putredo instat. Nam multo facilius est aerem præseruare à corruptione, quã eius putredinẽ vel corruptionẽ extirpare.

Curetur quoque diligenter, vt omnia cadauera brutorũ in terra sepeliantur, & ita contegãtur, vt nullus vapor exhalet. Nam inde aer putrefit, corrumpitur, atque pestilentem qualitatem acquirit.

Omnes quoque fœtores, siue ex cloacis publicis, siue ex aquis putridis exurgant, diligenter contegẽdi sunt, vel purgandi, ne aliqua occasio corruptioni aeris præbeatur.

Post hæc prima cura sit, vt domus in qua commorandum sit, omni fœtore careat, & à sordibus & spurcitie sit aliena: fenestræ eiusdem clausæ sint diebus præsertim nebulosis, ne pestilẽs aer ingrediatur. quòd si tamen aperire placuerit, curandum, vt sint versus septentrionẽ aut orientẽ cõstitutæ: idq́ue fiat Sole iã aliquot horis orto. Rarò & nõ nisi cęlo sereno in publicũ prodeundũ, neq; id etiã, nisi sumpto antidoto, quod à cõtagione pręseruare valeat In ædibus quotidie succẽdẽdus ignis quercinus, iuniperinus, tamaricinus, laurinus, aut similis, quo aer in iis vitiatus corrigatur purgeturq́;. Viuis quoq́; carbonibus sequẽs puluis, si tẽp9 fuerit frigidũ, crebrò inspergatur, qui sic habet. R. Rorismarini M. ſ. Saluię, Betonicę, Absynthij, Maioranę, Origani ana M j. cõterãtur omnia subtilissimè, & fiat puluis. Cuius loco sequens à diuitibus substitui poterit. R. Baccarum iuniperi vnc. j. Myrrhæ, Thuris,

Thuris, Maſtichis, ſingulorũ drach. iij. radicis Caryo phyllatæ drach. j. Rutæ vnc. ſ. corticũ Cipreſſi drach. j. ſ. radicis Angelicæ ſatiuæ, Lauendulæ ſingulorum drach. ij. tritis omnibus fiat puluis.

Qui omnino diuites fuerint, vti poterunt ligno Aloes, aut puluere Nucis muſcatæ, aut Caryophyllorum, aut ſimilium. Qui vero pauperiores fuerint, quàm vt magnos ſumptus ferre poſſint, ligna iuniperina fiſſa, aut eorum baccas carbonibus ignitis imponere poterunt Si verò tempus fuerit calidũ, rebus frigidis aer depurabitur, floribus ſcilicet Roſarũ, Violarũ, Nympheæ, folijs Vitis, Salicis, & id genus alijs: pauimentum etiam ſtillatitio liquore Roſ. aut oxalidis, aut ſimilib. irroretur, aut aqua frigida, cui aliquid aceti ſit commixtum.

Dum tempore frigido in publicum prodire neceſſitas coegerit, hanc, aut ſimilem pilam odoratã circũferãt R. Ladani drach iij. Styracis, Calamitidis drach. ij. Cinnamomi, Maceris, Caryophyllorũ, Nucis muſcatæ ſingulorũ drach. j. ligni aloes Scrup. j. ſpicæ Nardi Scrup. ſ. Myrrhę, Maſtiches, Thuris, ſingulorũ dra. ſ. Moſchi, Ambaris, ſingulorum gr. iij. trita & cribrata exactè, ſtillaticio liquore Maioranæ ſufficienti madefiant, & excipiantur, fingaturque pila odorata, quod Pomum vulgò appellatur. Eius loco nõ malè in vſu eſſe poterit id quod ſequitur. R. florum Lauendulæ, Maioranæ, Mẽtæ criſpæ ſingulorũ p. j. Caryophyllorum, Nucis myriſticæ, ligni Aloes ana Scrup. ſ. inciſa

craſ-

crassiorem in modum ligentur in sindone forma pomi, & naribus sæpius admoueantur.

Aestate prædictis odoratis vtendũ non est, eò quod cerebrum & cor nimium calfacerent, sed eorum loco odoratis frigidis in hũc modum. R. florum Rosſ. Violarum, Nympheæ ana drach. j. Santalorũ omnium ana drac. ſ. Camphoræ Scrup. j. contusa in puluerem crassiusculum illigentur sindoni, quæ naribus sæpius admoueãtur. Pro senibus, aut iis, qui frigidioris sunt cerebri, tempore calido huiusmodi pomum erit conueniens, quod sic habet R. Ladani vnc. ſ. Stiracis, Calamitidis drach. iij. Nympheæ, Rosſ. Violarum ana drach. j. Corticum mali citrij drach. ſ. Santalorũ omniũ ana drach. j. Portulacæ Scrup. ſ. Ambaris, Moschi ana gra. ij. excipiantur liquore stillaticio Rosarum, & fiat pila. Quoniam autem semper hæ compositiones ad manum non habentur, placuit quædam simplicia enumerare, quæ valeant tempore calido: ea autem hæc sunt: Rosæ, Acetum, Santala, & similia, si sæpius naribus admoueantur. Quæ autem conueniunt tempore frigido, hæc sunt: Nux myristica, Zeduaria, Caryophylli, Cinnamomum, & similia.

Tempore temperato quàm maximè conueniunt mala citria & aurantia, quæ satis temperata sunt, eò quòd exteriora tantum sunt calida quantũ interiora frigida, & interim vires mirificè corroborant & spiritus recreant. Ruta licet sit vtilis omni tempore, maximè tamen conuenit tempori frigido propter caliditatem

dItatem, quæ in ea exuperat frigiditatem. Hyeme manus, & facies sæpius lauentur aqua Maioranæ, cui commixtũ ſit modicum Aceti roſacei & Vini odoriferi: æſtate verò aqua Roſarum cũ modico Aceti roſacei, vel ferant in manu ſpongiã intinctam huiuſcemodi liquore ſecundum tempus anni, quæ ſæpe naribus admoueatur. Lautiores, ſiue opulentiores, per æſtatẽ, hanc, aut ſimilẽ pilam geſtẽt, quæ conſtet Roſ. rubrarum electiſſimarum drach. iij. ligni Aloes, corticum Citriorum, Santalorũ citrinorũ, Caryophyllorum ana Scrup. ij. florũ Borag. Violarũ ana Scrup. j. gummi tragachanti aqua Roſarum macerati q. ſ. pro forma pila.

Et ſi propter occupationes neceſſarias per plateas foras tranſeundum fuerit, aut ad laborantem accedẽdum; in ore quoque habeatur, & commanducetur radix Zeduariæ, aut Angelicæ, aut Pimpinellæ, aut ſemina vel cortices Citrinorum, aut grana paucula iuniperi aceto roſaceo macerata, aut Macis, aut Caryophylli, aut Nux muſcata macerata aceto roſaceo, aut ſimilis generis aromata, vt aeris putredo venenata odore vapore, ac ſapore emendetur, ac partes corporis principes roborentur. Maximè tamen laudatur radix Zeduariæ. Noui enim quendam ſacerdotẽ, Parochum, qui cum integris viginti annis viſitaſſet peſtilentes, habita radice Zeduariæ in ore, nunquam à peſte fuit correptus. Et ſi cum peſtilente loqui neceſſitas coegerit, id pauciſſimis verbis faciendum erit, &

non

non niſi priùs ſumpto antidoto contra peſtem: & ita ſemper ſtandum, vt ventus à loquente nō ſpiret verſus ægrum. Si dentes fœtere, vel immundos eſſe contigerit, diligenter aqua frigida abluendi erunt, deinde etiam foliis Saluiæ cum ſale confricādi, donec omnis fœtor, & immundities fuerit ablata. Quanquam vero non ſint immundi dentes, confert tamen mūdare ſingulis diebus, ne putrefiant. quod ſi fœtor prouenerit ex malis humoribus exiſtentibus in ſtomacho, ij in hunc modum purgandi erunt. R. Oximelitis ſimplicis, Mellis roſati colati ana vnc. j. miſceantur, & ſumantur manè: deinde ſequenti die cum aqua mellis ſumantur ſpecierū hieræ picr ſimplicis Gale. drach. j. & ſ. vel drach. ij. ſecundū naturam ægri, quando enim fœtor aliquis eſt in corpore, ſtatim venenoſitas peſtis locū inuenit in quē impreſſionē faciat, ęgrūq; inficiat.

Dormiendum eſt in cubiculo bene obturato, ne ſcilicet peſtilens aer ingrediatur: cuius aer ſuffitu aliquo manè & veſperi purificetur, ac corrigatur, vt priùs dictum eſt. Quiſque autem dormire debet ſecundū temperamentum ſuum, qui tardè concoquunt, & manè ſentiunt adhuc cruditatem in ſtomacho, dormiāt, vel ſaltem quieſcant in lecto, donec cibus fuerit cōcoctus, nam non ſufficienter dormire inflammat ſanguinē, & ſpiritus; nimis verò dormire corpus grauat: In genere viris horæ ſeptem ſufficiunt, & mulieribus octo.

Interdiu poſt prandiū non eſt dormiendū, maximè ſtatim à paſtu: nam caput impletur vaporibus, qui ta-

men

men consueti sunt dormire, subitò desuescere nō debent; sed paulatim: indulgendum est enim aliquatenus consuetudini.

Inter res non naturales, motus, & quies quoque habentur: nam ex horū immoderato vsu corpus calescit aut frigescit; siccatur, aut humectatur; aut etiam qualitatum harū coniugationes acquirit: proinde de cōmodo horum vsu videndū est. Cùm enim motu opus habeat corpus, exercitium salubre est; quies autē morbosa: ecōtra vbi quiete corpus indiget, quies salubris est; exercitium autem morbosum. Exercitium itaque quod motu vehemēs est vsque ad spiritus alterationē tria hæc commoda corporibus inducit, partiū scilicet instrumentaliū ex mutuo affrictu duritiē, insiti à natura caloris augmentū, & spiritus motū vehemētiorē.

Qui sunt biliosi, multùm laborare nō debēt: nā ex labore corpus fit calidius atque siccius. Phlegmaticis verò multùm laborare confert: quia corpus, quod minus erat frigidum & humidū, fit calidius atq; siccius.

Quantum autē ad pestis præseruationē attinet, mediocriter laborare sufficit, magni enim labores inducunt magnas anhelationes, & multū aeris exterioris attrahere faciūt, quod malum est: nō sufficiētes verò, cruditates in omnibus corporis partibus cōgregāt, ita vt debitè alimentum suum concoquere non possint.

Si quando contingat, vt propter tempus pluuiosum, vel propter aerem nimis infectū, ambulare non conueniat, tunc manè frictionibus vtendū erit, incipiēdo

primùm à cruribus, & deinde pergendo ad brachia. A coitu tẽpore pestis omnino abstinendũ: eò quòd omnes meatus corporis aperiantur, ipsumq; disponatur ad facilè suscipiendũ aerem exteriorem venenatum: verùm qui propter legẽ matrimonij, aut singularem amorem omnino eo carere non possunt, rarissimè, quantũ erit possibile, exercebũt, atque postea diligenter curabunt ne sese ilico aeri exteriori exponant; sed expectabunt donec iterum corpus ad sese redierit.

Procurandum quoque est singulis diebus, vt corpus sua excrementa deponat, quòd si id sponte non fecerit, procurandũ id erit pillulis pestilentialibus Ruffi, vel clystere cõmuni, vel vnc. ij. passularũ expurgatarũ sumptis vna hora ante prandium, vel duodecim plus minusúe prunis damascenis coctis in aqua mellis, dimidia hora sumptis ante pastũ, & postea aquã, in qua pruna cocta fuerint superbibendo.

Quòd si aluũ nimium fluere cõtigerit, aut sanguinẽ è naribus, aut ex hæmorrhoidibus, aut sudorẽ ex toto corpore, ita vt natura indies debilitetur, tũc restringẽda erit iis medicamẽtis, quę passim à Gal. tradita sũt.

Quandoquidem affectus animi maximè corpus alterant, proinde & in his videndũ est; vt iustus modus seruetur, ne hinc affectũ corpus pestilẽti constitutione facilius impetatur. Sicut enim animi mores tẽperamenta corporis sequũtur: ita corpus animi motibus & affectibus vicissim afficitur, & alteratur, nec pauca extãt huius rei exẽpla apud Ga. & alios medicos: quoniã præ

præ gaudio, triſtitia, & mœrore plurimi mortui ſunt.
Gaudium itaque nimiũ fugiendũ eſt, eò quòd cor nimiũ relaxãdo, atq; ſpiritus diſſipãdo mortẽ ſubito inducere poſſit. Ira quoque fugienda, nam pręterquã quod corpus nimiũ excalfaciat, alia quoq; grauiſſima mala producit, quę ſunt, tremor manuũ, pedum, omniumq́; membrorũ; vnde cõuulſio, reſolutio, apoplexia, atque repẽtinæ mortis oppreſſio ſæpe prouenire ſolet. Melancholia quoq;, licet ſubita mortis pericula non inducat, omnino vitanda eſt, eò quòd tandẽ cor cõſumat, & deſiccet, ex qua mortẽ ſequi ſæpiſſimè viſum eſt. Quod ſi tamen ob vehementes cauſas nobis ſuperuenerit, ilico ſuauibus atque iucundis cogitationibus & confabulationibus feſtiuis excutienda erit. Omnis quoque timor, præcipue tamen peſtis, omnibus modis vitandus erit: nam vires multum debilitat qui vero eo afficiuntur peſte corripi facilè contingit, quòd ſi quiſquã propter puſillanimitatem timorem deponere non potuerit, ei omnino ſuaſerim, vt ad locum infectum ſeſe non conferat.
Auaritia quoque nimia vitanda eſt: nã præterquã quòd auarus ſit miſer, & pauper, etiam nunquam eſt animo quieto. Vitandæ ſunt quoque cogitationes, & imaginationes fortes, præſertim de ipſa peſte, ne per eas impreſſio aliqua in corpus fiat.
Curandũ eſt autẽ omnibus modis, vt iucundis cantilenis, ac muſicis inſtrumentis indulgeatur, & fabularum ac hiſtoriarũ amœnis lectionibus, ac narrationibus.

nibus. Animus à curis & cogitationibus absonis, & absurdis abducendus, quò sic fiet, vt cura, & cogitatio hominibus non afflictio, sed velut iucunda quædam sit animi oblectatio, dum in huiusmodi lætis narrationibus, ac lectionibus velut exspacians deambulat. atque hæc de animi affectionibus moderãdis sufficiãt.

In cibo & potu ante omnia cauenda est voracitas, ac nimia ingluuies, ne plures cibi ingerantur: omnis enim nimietas, naturę contraria est. Deinde cauendũ, ne varij & dissimiles cibi assumantur, vna præsertim vice: dissimilia enim seditionẽ mouent, eò quod alia citiùs, alia verò tardiùs concoquantur, si quis tamen talibus cibis assueuerit, ei non subitò mutatio faciẽda est, sed indulgendum est aliquatenus consuetudini: multo enim tẽpore consueta, etiam si deteriora sint, inconsuetis minùs molestare solent. Cibis autem in vniuersum vtendum facilis cõcoctionis, & bonũ procreantibus sanguinem, ac putrefactioni minimè ob-noxiis, quibus semper aliquid aceti fuerit commiscen-dum, aut acidi alterius quidpiam succi: nimirũ oxali-dis, malorum citriorum, aurantiorum, aut limonũ.

Abstinendum est itaque omnibus leguminibus, & fructibus, exceptis iis, qui acidum succum habent, de quibus paulò antè dictũ est. Similiter quoque omnibus piscibus, præcipuè tamẽ grossis, viscosis, & squama carentibus. Ab omnibus quoque volatilibus in aquis & paludibus degentibus; atque extremitatibus, & interioribus omniũ animaliũ, qualia sunt viscera,

inte-

inteſtina, capita & pedes. Non minus quoque abſtinere conuenit à carne bubula, ceruina, hircina, leporina antiqua, eò quòd mali ſucci ſint, & propter ſiccitatem difficulter concoquantur. Similiter quoque à carne ouilla, agnina, atque ſuilla tam ſylueſtri, quàm domeſtica, eò quod ob nimiam humiditatem, atque difficilem concoctionem putredini multùm ſunt obnoxiæ. Nihilominus qui ſunt robuſti, & citò concoquunt, & conſueuerunt veſci huiuſcemodi carne porcina, nihil mali euenire poteſt, nam quando bene cõcoquitur, bonum ſuccum generãt, vt ſatis Gal. declarauit. Plerique vero ſi comederint carnes facilis concoctionis, ſtatim eas corrumpi viſum eſt: quibus ſuillam carnem, magis conuenire putamus. Omnibus quoque carnibus abſtinendũ erit, quæ vt teneriores fiant, putrefieri primò permittuntur, priuſquã cruſto incoquãtur: nã cũ ſemicorruptæ ſint, & ſemiputridæ nunquam rectè in ventriculo concoquuntur. Neque his quoque vtendũ ſtatim cùm mactatæ fuerint; ſed expectandum, donec teneriores redditæ fuerint, nullamq; putredinem contraxerint. Denique omnes carnes coctæ in cruſto non ſunt ſalubris naturæ. Veruecina caro recens in aqua per ſe elixa, ſine herbis appropriatis tẽpore peſtis concedenda non eſt, eò quod ob excrementitiam humiditatem putredini quoque ſit obnoxia. Verùm ſi fuerit per tres, vel quatuor dies ſalita, & tum demum elixa, longè fiet ſalubrior naturæ humanæ, nam humiditas ſuperflua à ſale conſu-

mitur, recens quoque elixa cum herbis exiccantibus, non male conuenire putatur.

Herbæ autē conuenientes ſunt Thymus, Maiorana Hyſſopus, Petroſelinū, Roſmarinus, Saluia, & ſimilia quibus quoque Borrago, cordis corroborandi gratia, commode commiſceri poterit. Optima autem fuerit tēpore peſtis recens caro veruecina aſſa cū herbis prędictis, quæ transfigi debent per mediam carnem, in diuerſis locis, quemadmodum lardo in multorum domibus fieri conſueuit. Vtendū eſt autem oleribus, æſtate quidem ex Bugloſſa, Endiuia, Oxalide, atque Lactuca confectis, quorum tamen maxima pars Lactuca eſſe debet: nam vt Gal. ait, omnia olera præter lactucam, quæ boni ſucci eſt, ingenerant ſuccum melancholicum: ea tamen per ſe, tempore peſtis, vti non conuenit: quòd propter humiditatē putredini ſit obnoxia, quæ adiunctis ſiccis & corroborantibus corrigi debet & rectificari.

Hyeme vtendum iuſculo carniū, in quo herbæ calidæ & ſiccæ paulo ſuperiùs deſcriptæ incoctæ fuerūt, carnibus vtendum Caponū, Perdicū, Hœdorū, Gallinarum, Phaſianorum, Vitulorū, Auium montanarū Leporū atque Cuniculorū iuuenū, quę vt plurimùm an magis aſſæ, an elixę conueniant, ex ratione anni, tēporis, ætatis, atque corporū maximè, prout ea affecta ſunt, & temperata, deſumi debet: nā ſi hæc omnia humidiora fuerint, aſſari exigunt, ſin ſicciora, elixari. Nec verò hic conſuetudo eſt negligenda, quemadmodum

dum

dum paulò ante dictum est. Verùm tẽpore pestis assæ meliùs conueniunt: quia non sunt vsqueadeo obnoxiæ putredini quàm elixæ, sed oportet rationẽ habere complexionis, consuetudinis, & reliquorum, de quibus paulò antè dictum est.

Circa panem & potum, quibus nunquam carere possumus diligentissima cura est habenda, panis itaq; sit triticeus cum furfuribus suis pro senibus, & ijs qui obstructionibus sunt obnoxij; reliquis autem purgatus, semper tamen bene fermentatus, & coctus cum modico sale, nam quando malè fermentatus est, & coctus, difficulter concoquitur, obstructionesque facile producit. Potus sit vinum purum, tenue, & non admodum generosum, quale est vinũ Rhenense, vel subrubrum Gallicũ, quod vulgo Anserosum nominatur. Qui vino carent, vtantur ceruisia tenui, bene defęcata, & nonnihil amara ex lupulis, nã amaritudo inhibet putredinem.

Atque hæc quidem de cibi, & potus substantia sufficiant: nunc verò nõnulla de recto exhibitionis vsu, & tempore proferantur, in quo summopere curandũ est, vt nunquam mensæ accumbas cruditate existẽte in stomacho, nam cùm crudum additur semicocto, plurima mala prouenire possunt: quæ licet primis temporibus in corporibus robustis non appareant; postea tamen cùm membra grauata atque debiliora fuerint, apparere solent. Nunquam item ad mensam accedendum, cùm corpus à labore est excalefactũ, sed

ctandum, donec rursum fuerit refrigeratum, atque ad se redierit: tunc vero comedendum erit leuiter, cum bono appetitu, non deuorando, sed bene masticando, quantum natura rite concoquere potest, & à quo nõ grauatur, ita vt cum aliquo appetitu à mensa recedatur. Bibendum est tantum, quantum pro extingenda siti, & cibo in ventriculo diluendo sufficiat; non autem vt natet: nam ita concoctiones deteriores fiunt.

Qui putant largiore potatione vini concoctionem promoueri, multùm à recta ratione aberrant. Nam vinum plus inhaurire, quàm naturæ sufficiat, calorẽ naturalem extinguit, atque ingenerat humores frigidos, materiam morborum frigidorũ. Inter prandium & cœnam bibendum non est, ne concoctio inhibeatur: quòd si tamen sitis vrgeat, expectandum est ad quatuor horas à cibo sumpto, vel tam diu, donec in ventriculo concoctio facta putatur.

Si qui de nocte sitiant, eò quòd in præcedenti cœna vsi fuerint vino calidiore, vti poterunt conuenienter aqua hordei, vel ceruisia tenui: quæ præterquã quòd caliditatem interiorem extinguant, etiam ventriculũ & intestina lauant & purgant. Quòd si aliquãdo per errorẽ plus satis comedisse vel bibisse contigerit, tunc per viginti quatuor horas ieiunandum est, si interim fames vel sitis non vrgeat, quæ omnino tempore pestis vitari debent: nam cùm spiritus interno alimẽto destituuntur, fit copiosior attractio aeris exterioris corrupti, vnde infectio faciliùs subsequi solet.

A cibo

A cibo ſumpto ſtatim magnum exercitiū, vel magnus aliquis labor ſubeundus non eſt, eò quòd concoctio, quæ fit per quietem, prohibeatur: ſed neque ilico dormiendum eſt, eò quòd cibus in ventriculo corrūpatur, & caput multis vaporibus repleatur, ſed inambulandum eſt leuiter, vt leuiter cibus ad fundum vētriculi deſcendat: vel ludendum eſt inſtrumentis muſicis, vel cum amicis iucundis, nō alta, ſed ſubmiſſiore voce confabulandum: nam ſicut alta vox ante prandium ſtomachum calefaciendo appetitumq́; excitādo concoctionem magnopere iuuat, ita poſt prandiū cibum rapiendo ex ventriculo ad totum corpus cruditates producit. Imaginationes quoque intentæ, ſimiliter & animi turbationes ſummopere vitari debent, eò quod ſpiritus rapiendo à ventriculo ad caput, & cor, concoctiones in ventriculo, iecoreque impediant.

Sed de hiſce ſatis: ad tractationem medicamentorum progrediamur.

Quicunque à peſte præſeruari ſe cupiunt, omnino curare debent, vt corpus habeant omni plenitudine, & humorum cacochymia vacuum: alioqui medicamina venenoſitati peſtis deſtinata, parum vel nihil prodeſſe poterunt. Si itaque ſanguis abundare videacur, vena ſecanda erit, non quidem ſemper ad mutationem coloris vſque, qui ſæpe vniformis eſt, ſed quātum præſens corporis conſtitutio requirat, & vires permittant.

Antequam tamen vena ſecetur, crudi humores ſi in

vētriculo percipiātur, vnc. ij. oximellis simplicis præparādi erūt, deinde altero die purgādi vnc. j. cassię recēter extractæ, vel vnc. iiij. syrupi ex multiplici infusione rosarum.

Multi quidē sine præparatione crudos istos humores statim expurgāt: sed ego cū Gal. septimo methodi medēdi, pręparare malo, cū morbus dat inducias, quā tā crudos & stomacho firmiter adhærētes expellere. Tertio deinde die cū vēter per se deiecerit, vel suppositorio prouocatus, vena secāda erit quēadmodū paulò ante dictū est: quod vt cōmodè fiat, admodū coueniens est, vt medicus sit præsens, & diligēter pulsum exploret, ex quo firmiter haberi potest, quantū sanguinis detrahere conueniat, quemadmodū Gal docet in libello de curandi ratione per sanguinis missionē.

Si sine copia sanguinis cacochymia in corpore abūdare videatur, ea secundū humores peccātes primùm præparāda erit: deinde purganda eo modo, qui in nostro libello de Podagræ & calculi curatione est explicatus; excepto hoc vno, quòd astringētia non opus sit commiscere, quemadmodum ibi omnino esse faciendum diximus.

Cumque corpus mundū fuerit ab omni superfluitate humorū, diligenter curandū erit, vt mundū cōseruetur: quod cōmodissimè duabus rationibus faciendū erit, quarum vna est; si per interualla certa leuiora medicamenta purgantia, quales sunt pillulæ pestilētiales Ruffi sumantur, in æstate quidē cum bolo Armeno,

meno, in hyeme verò per ſe. Sũt nõnulli qui ſingulis diebus haſce pillulas ſumẽdas aſſerũt; ſed meo iudicio nõ rectè. Verendũ enim, ne ventriculus ad extremam ſiccitatẽ, & hecticã diſpoſitionem deducatur, quẽadmodum Gal. docet. Sufficit itaque ſingulis duodecim vel quindecim diebus ſemel ſumpſiſſe, vel toties quoties natura nouis excrementis grauata videbitur.

Secunda ratio eſt, ſi membra ita conſtituãtur, vt vel nullas vel ſaltẽ pauciſſimas ſuperfluitates producãt: quod quomodo faciendum erit, deinceps ex ordine declarabitur.

Si ſtomachus ex frigiditate fuerit imbecillis, ilico illi ſuccurrendum erit: nam quando prima cõcoctio, quę fit in ventriculo, eſt vitiata, eã ſecunda, quæ fit in hepate, emendare non poteſt. Inungatur itaque extrinſecus antè & retro hoc vnguento, quod ſequitur.

R. Olei de Abſinthio, Mẽthę, Maſticis ana vnc. ſ. olei Macis drach. j. Cerę q. ſ. fiat linimentũ, addẽdo in fine pulueris Caryophyllorũ, Nucis muſcatæ, Cinnamomi, Coralliorũ rubrorum ana Scrup. j. quanquam in communi praxi non ſit ſtomachum retro inungere: quia tamẽ Gal. libro xiij. methodi medendi iubet, & ego ſemper fœliciter expertus ſum, omnino faciendũ eſſe puto. Intrinſecus vero per os ſumantur ſingulis diebus manè, drach. ij. Sacchari aromatici roſati, vel pellicula interior ex ſtomachis gallinarũ primo lota in vino, & poſtea exiccata, cum modico cõſeruæ Anthos, vel ſyrupi de Mentha; fiatq́ue horum continuatio.

tio, donec ventriculus ad suam temperiem redierit.

Si verò stomachus fuerit imbecillis ex caliditate, quod raró in nostra regione contingit, illi succurrendum erit medicamentis frigidis, & stipticis, extrinsecus quidem oleo Cydoniorū, Rosarum, & similium, intrinsecus verò carne Cydoniorum, sine speciebus: nisi vna cum caliditate siccitas fuerit coniuncta, que summopere à medicamentis astringentibus augetur.

Si hepar fuerit minus calidum sequenti linimento inungendum erit, quod sic habet.

R. Cerati santalini vnc. j. succi cichorij si inueniatur; si non, eius loco aquæ cichorij drach. ij. pulueris agrimoniæ drach. s. olei absinthij vnc. s. cōmixtis omnibus fiat linimentum, quo tepidè omni manè regio iecoris inungatur. Per os autem sumatur electuariū tabulatum trium santalorum, vel diarrhodon Abbatis pondere drach. ij. superbibendo in fine decoctionis cichorij vnc. iiij. atque hoc quoque continuetur, donec iecoris intemperies sufficienter fuerit ablata.

Si verò hepar fuerit minus frigidum, inungendum erit manè calidè linimento sequenti: quod sic habet.

R. Olei nardini, de Absinthio ana vnc. j. succi Absinthij Romani drach. ij. s. ceræ q. s. fiat linimentum addendo spicæ nardi Scrup. j. Per os verò sumendum erit electuarium diacurcuma pondere drach. ij. superbibendo haustum vnum vini absinthij Romani, & deinde quiescendo super regionem iecoris aliquādiu, atque hæc quoque continuanda sunt, donec omnis

in-

intemperies sufficienter fuerit ablata.

Si cerebrum fuerit malè temperatum, ad temperiē erit reducendum eo modo, quemadmodum in libello nostro de podagra satis est declaratum.

Si ex nimia caliditate cor fuerit imbecille, confortandum erit, extrinsecus quidē sacculo ex sindone rubra, impleto Rosis siccis bene odoratis: vel epithemate sequenti, quod sic habet.

R. Aquæ Rosarum, Oxalidis, Boraginis ana vnc. iij. pul. Trium santalorum, Diamargariti frigidi añ. drach j. Croci gr. ij. fiat commixtis omnibus fomentum, quod cum pãno scarlato in eo madefacto, & in manu calida calefacto tepidè cordis regioni applicetur; intrinsecus sumpto electuario tabulato Diamargariti frigidi: quibus quoque continuo vtendum erit, donec omnis intemperies fuerit ablata, & cor ad suã temperiem redierit.

Ad eandem intentionē perficiendã etiã admodum conueniens fuerit odor Rosarũ per se, vel aquæ Rosarum, vel pulueris Santalorũ, si modicum vini odoriferi fuerit commixtũ, aut Muschi, aut Ambræ, aut alterius aromatis calidi, quò frigida qualitas prædictorum promptius ad cor transferatur. Si verò ex nimia frigiditate cor fuerit imbecille, corroborandum erit medicamentis sequentibus, tam intro sumendis, quàm foris applicandis: quorum nonnulla sunt simplicia, nonnulla verò composita. Simplicia autē intro sumenda, hæc sunt: Buglossus, Borago, Melisso-

phyl-

phyllum, Cortices citrij, & semen, Moschus, Ambra, & Caryophylli; composita verò sunt, Diamoschum dulce, & amarum, Diamargaritum calidum, lætificãs Gal. & similia: decoctum quoque ex Melissophyllo, atque Boragine, si per interualla manè ieiuno stomacho sumatur, mirificè cordi frigido cõducere certũ est

Extrinsecus autem medio thoraci super regionem cordis applicanda sunt, quæ sequuntur.

R. Aquæ Melissophylli lib. j. florũ Buglossæ vtriusque, specierũ aromatici rosati ana drach. ij. Cinnamomi, Caryophyllorũ, Nucis myristicæ ana drac. j. croci Scru. ſ. cõmistis omnibus fiat epithema, ex quo cum panno scarlato, manè & vesperi ante pastum calidè regio cordis fomentetur: quo facto ilico sequens sacculus applicetur, qui sic habet.

R. Florum Melissophylli, Buglossæ vtriusque ana M. i. ſ. Cinnamomi selecti, Caryophyllorum, Maceris ana drach. j. ligni Aloes Scrup. j ſ. corticũ mali citrij vnc. j. ſ. Croci Scrup. j. Ambræ gr. j. contusis omnibus, & bene cõmixtis intersuãtur intra duo serica secundum artem, fiatque sacculus cordi, vt prædictũ est applicandus. Non inconuenienter quoque ex iisdem pulueribus, & Ladano cum cera fieri poterit pomum odoratum sæpe naribus admouendũ, nam boni odores cito ad cor penetrant, idque vehementer recreant, quemadmodum experientia testatur in iis qui syncope laborant.

Sunt nonnulli, qui per interualla tremore cordis laborare

laborare se putant: quod profecto nihil aliud esse videtur, quàm fumi ex stomacho vel splene ad cor ascendentes: nam qui reuera ex palpitatione, vel ex tremore cordis laborant, non vltra quinquagesimum annum viuunt, vt Gal. in libro de locis affectis plenè scripsit.

His ita declaratis, superest vt medicamēta venenositati pestis destinata, recto ordine explicētur. inter quę primo loco sese nobis offert lapis preciosus Hyacinthus, mirabiliter occulta proprietate pesti resistēs, qui cōtinuo ita ab omnibus qui à peste se præseruare cupiūt, ferēdus est, vt extrinsecus cordis regionē attingat deinde singulis quoque diebus ante egressum domus ad quantitatem pisi sumenda venit huius opiati mirifice in præseruatione pestis valētis, quod sic habet.

R. Boli Armeni veri vnc. ij. Cinnamomi vnc. j. radicis Tormētillæ, Diptamni, Sātali rubri, Zeduarię ana drac. ij. ramēti Eboris drac. j. ſ. Spodij, seminis antherę ana Scrup. ij. Corticis citrij, Margaritarū ana drach. j. Smaragdi Rubini ana Scru. j. charabe, Cornu cerui-usti ana drach. j. Ambræ gr. iij. Auri & argēti minutissimæ limaturę ana Scrup. j. Moschi gr. iij. Conseruæ rosarū, violarū, Buglossę, Boraginis añ q. ſ. fiat cōditū in forma opiati, de quo prędicta quātitas singulis diebus, mane ieiuno stomacho, vt prædictū est, sumatur

Si tempus fuerit frigidum eius loco Mithridaticum antiquum, vel Theriaca vetus eadem quantitate subinde substitui poterit. Horum quoque loco puluis

sequens

ſequens quantitate Scrup.j.rectè exhiberi poterit.
R. Radicis Tormentillæ Diptamni,Bethonicæ,C
riādri pręparati añ.vnc.ſ.boli Armeni veri vnc ij.C
namomi vnc.j.Terræ ſigillatæ, Corallij rubri, b
vtriuſque,Santali rubri,Corticum citri ana drach
Succini,limaturæ Eboris,Croci,Maceris,ana drac
ſeminis Oxalidis,Intybi,Portulacæ ana Scrup.ij.
rici crudi,& toſti, ana drach. ſ. Margaritarum,li
Aloes,Oſſis de corde cerui,RaſuręVnicornu añ S
j.Ambræ gr.vj.Moſchi gra.iij. aut æſtate horum
co Camphuræ gra.iij.fiat puluis,qui ad quantitat
prædictam cum vino Rhenenſi in hyeme; cum aq
autem Roſarū,vel oxalidis in æſtate ſingulis dieb
exhibeatur. Vel fiat e ctuarium in tabulis pro del
tis,in hyeme quidē cum vino albo,& ſaccharo; in
ſtate verò cum aqua Oxalidis,vel Roſarum. Sequ
quoque puluis vtiliter eadem quantitate, & eod
modo exhiberi poterit.
R. Zeduariæ,Cinnamomi electi ana drach.ij. b
Armeni veri vnc j.ſeminis Oxalidis,Citri,corticu
Citri ana drach j.raſuræ Eboris, Oſſis de corde cer
Coralli rubri ana drach.ſ. fragmentorum Smarag
Granati,Rubini,Hyacynthi ana Scrup.j. fiat pulu
Trochiſci quoque ſequentes recte horum loco c
cedi poterunt.
R. radicis Gentianæ,Zeduariæ,Diptamni,Torm
tillæ,Pimpinellæ,Scabioſæ ana drách.j.ſ. ſpecieru
electuarij de gemmis, Diamargariti vtriuſque, Di
moſc

oſchi dulcis ana drach.j.ſeminis Rutę, Oxalidis, Ci
ana Scrup.ij. Myrrhæ drach.ij. Terræ ſigillatæ ana
ach.iij. corticis citri drach.ij. Gallię moſcatę, Aliptę
oſcatæ ana vnc.ſ. Vnicornu electi drach.ij. Theria-
optimæ, & antiquę drach.v. Mithridatij optimi &
tiqui vnc.j. Sacchari q.ſ. ad hæc edulcoranda: quæ
nnia ſimul incorporentur mucilagine tragacanthę
ſ. fiantque paſtilli inſtar pillularum ſub lingua, &
uoluantur ſpeciebus liberantis, quorũ vnus ſingu-
diebus in ore contineatur, & eliquatus deglutiatur,
tate quidem cum tribus granis Camphorę; hyeme
ro cum tribus granis Ambræ. Non inconueniens
ioque fuerit tempore ęſtatis vti Saccharo, vel pul-
re Diamargariti frigidi; tempore vero hyemis Sac-
aro, vel puluere Diamargariti calidi; tempore autẽ
tumni, atque veris vtriſque mixtis, non ſolum ſe-
ndùm tempus anni, verùm etiam ſecundum ętatẽ,
que complexionem hominum, atque regionum.
Sed hæ compoſitiones quia ex pluribus aromatis
nſtant, iiſque admodum precioſis, non à quouis
ni poſſunt: idcirco nonnulla hic adiiciam, quæ non
agni precij ſunt, & tamen vtiliter contra venenoſi-
tem peſtis ſumuntur, ea autem hęc ſunt.
Succus Scabioſę quantitate vnc.j. ſingulis diebus,
iliter contra peſtem ſumitur, habet enim vim non
ntum preſeruandi à peſte, ſed etiam, ſi quem inua-
rit, expellendi. Syrupus quoque Granatorum, vel
Limonibus, vel de acetoſitate Citri ſi quantitate

vnc.ſ.vel vnc.j.in ęſtate ſingulis diebus ſumatur, m
rifice à peſte pręſeruare poteſt. Idem quoque pote
morſellus rotundus vnus vel alter Aurantiorū, v
Limonum ſingulis diebus ſumptus cum ſacchar
vel vnc.ſ.conſeruę Roſarum.

Cepę & Allia cum pane, & butyro vtiliter quoq
ſingulis diebus manè eduntur contra peſtē, pręſert
iis, qui aſſueti ſunt (maximè in hyeme) vt ſunt ruſti
& nautæ, ita vt non temere à Gal. dictum ſit, alliu
eſſe Theriacam ruſticorū. Horū loco ſequēs quoq
compoſitio à Gal. 2. de alimentorum facultatibus tr
dita vtiliter ſubſtitui poterit, quæ ſic habet.

℞. Ficuum, Rutæ, Nucum iuglandiū ana quātu
placuerit, piſtentur, & diligenter inter ſe commiſcea
tur, de quibus ſingulis diebus manè ſumatur, mod
cum hyeme quidem per ſe, æſtate vero cum conſeru
Roſ. vel quotidie ſumatur manè quarta pars Nuc
muſcatæ acu vndique perforatæ, & maceratæ in acet
vini per vnam noctem: bolus quoque Armenus v
rus vtiliter ſingulis hebdomadis bis ſumitur ad qua
titatem fabę cum aqua Scabioſę, & Roſ. & vino alb
æſtate quidem æquis portionibus cōmixtis, in hyem
vero vino, atque aqua ſcabioſæ portionem aquæ r
ſarum ſuperantibus, reſiſtit enim non tantū venen
ſitati peſtis, ſed etiam venas circa cor conſtringit,
venenoſitas peſtis ad id tranſire non poſſit. Sed de hi
ec ſatis pro peſtis præſeruatione.

FINIS.

Rar E

Mad.

Lenitivum pro pueris catarrhosis et Tussientib[us].

℞ Mannæ electæ ℥ij. penidior[um] saccari Candi ana ʒj. Ol: Amygd: dul: ʒj. Syr: violat: ʒjß. oxymell: simpl: ℥ß. Crato in fol: centã 886.

Scriptulum est vigesima quarta pars unciæ seu tertia Drachmæ
duo oboli. Obolus est 12 grani, seu 6ta p. Dr.
Pond. aurei facit Drachma una et dimidia.
1, Scrupulus constat granis viginti;
1, Drachma tribus Scrupulis;
1, Uncia Drachmis octo.
1, Libra unciis duodecim.
Quantitas Nucis Moschatæ aut Juglandis
fere est ʒjß aut ʒij.
Siliqua est pars sexta Scrupuli.

Tussim puerorum.

[illegible] mapa [illegible] Munda

[illegible]tricibus, et dracag[illegible]: in aa: [illegible]

[illegible]primam [illegible]coctorum [illegible]

p[illegible]um; Et alia aq. a[illegible]

donec [illegible] emollescant [illegible]

cola [illegible] saccari candi; Et butyr

recentis: q. s. [illegible] fiat [illegible]

mane et vespere. [illegible]

[illegible] [illegible]sia, Et [illegible]

[illegible]ncij piscis catuli [illegible]

Vehementia in pecto catar

et hic pulvis capiti [illegible]

[illegible] Maiora: [illegible]

[illegible]: R̷ Corall: rub: Margarit[illegible]

rub: ana ʒs. Mastich: [illegible]

. Ms Crato in folio 886. 87.

